





CODICES MANU SCRIPTI ENGELBERGENSES.

CATALOGUS

CODICUM MANU SCRIPTORUM

QUI ASSERVANTUR

IN BIBLIOTHECA-MONASTERII
O. S. B.

ENGELBERGENSIS


IN HELVETIA.

EDIDIT

P. BENEDICTUS GOTTWALD O. S. B.
EIUSDEM MONASTERII P. T. BIBLIOTHECARIUS.

1891.

Friburgi Brisgoviae



Typis Herderianis Friburgi Brisgoviae.

OPTIMO PATRI

REVERENDISSIMO DOMINO

ANSELMO I.

MONASTERII ENGELBERGENSIS ORDINIS SS. P. BENEDICTI
ABBATI DIGNISSIMO

DIEM FAUSTUM

QUO ANTE VIGINTI QUINQUE ANNOS
PEDUM PASTORALE

ET FAMILIÆ SUÆ REGENDÆ
SUSCEPIT CURAM

INTER FILIORUM PLAUSUS PIAQUE
VOTA LÆTE CELEBRANTI

SACRUM.

Impares quidem, REVERENDISSIME PATER, verbis exprimendo quae grato filialis cordis affectu sentimus, imo impares ipso animi affectu tot tantisque respondendo beneficiis quorum infinitum prope numerum hodiernus dies in memoriam nobis reducit: facere tamen non possumus quin, ne ingrati esse videamur, pauca saltem dicere tentemus.

Dies enim faustus et felix hodie nobis illuxit quo Paternitati Tuae quinque lustris in Abbatiali munere feliciter transactis electionis anniversarium contigit celebrare. Quem si filii Tui, VENERANDE PRÆSUL, congaudentes et congratulantes solemnius agere satagunt, digne id fieri non posse inter omnes constat, nisi maximas ac prorsus singulares laudes et gratiarum actiones Ipsi referimus ex quo omnis paternitas in coelis et in terra nominatur.

Patri ergo luminum a quo omne datum optimum et omne donum perfectum, qui ante viginti quinque annos Te elegit Tibique gregis sui, ut ad coelestis haereditatis pascua ducatur, paternam commisit providentiam — Deo totius consolationis qui per viginti quinque annos non destitit, gratiâ suâ coelesti Te in Abbatis munere adiuvare, confortare et consolari, Ipsi per infinitum honor et gloria!

Quibus cum laudibus quas Deo referimus, coniungenda est memoria tot beneficiorum quibus nos cumulare Paternitas Tua nun-

quam cessavit, beneficiorum dicimus quorum merita iustis honoribus non nisi filialis amoris observantiâ atque perenni obsequio persolvere possumus. Ipsa officii Tui religiosissime perfuncti conscientia Tibi sit pulcherrima merces, gratus ac pius filiorum Tuorum animus uberrimus fructus.

Ne autem filii gratulantes coram Te, REVERENDISSIME PATER, vacuis omnino manibus appareant, opusculum Tibi offerre liceat, quod ut benigno favore accipere velis humiliter petimus. Magna Tua cura, VENERANDE PRÆSUL, quâ contendere et elaborare non desinis, ut bibliothecae nostrae thesauri augeantur, et bonae litterae earumque studia — quibus oppressis aeque oppressam iacere constat observantiam et disciplinam regularem — in asceterio Tuo pullulent ac floreant: haec Tua cura optimam nobis affert spem gratum Tibi fore, ut sub Tuis auspiciis publici iuris fiat Catalogus codicum manu scriptorum qui in bibliotheca nostra asservantur.

Multi, eheu! iique pretiosissimi temporum iniquitate et iniuria hominum perierunt; plurimi diris triplicis incendii flammis monasterium nostrum eiusque litterarios thesauros devorantibus sunt consumpti: nihilominus qui supersunt codices manu scripti etiamnunc testes sunt, quo indefesso labore ac studio maiores nostri liberalioribus

disciplinis atque ingenuis artibus fuerint addicti. Ipsorum et inprimis antecessorum Tuorum Abbatum qui in excolendis bonis litteris facem praetulerunt, memoriam renovare voluimus hunc catalogum conficiendo pro certo habentes, ut eorum exempla et nos et posteros ad bona studia ac strenuum laborem incitarent, esse futurum.

Accipe ergo, REVERENDISSIME PATER, hoc opus, grati animi ac filialis obsequii signum, et quod fiducialiter offerimus Tua Paternitas clementer excipere velit.

Deus autem Trinus et Unus Tibi, VENERANDE PRÆSUL, vicesimum sextum Abbatialis regiminis annum auspicanti Tuisque pro spirituali Tua familia susceptis atque suscipiendis laboribus praesens adspiret, Te sospitem vel diutissime nobis conservet atque post huius vitae labores Ipse sit merces Tua magna nimis.

Dabamus in monasterio nostro Engelbergensi, IV. Kal. Martii Anno Domini MDCCCLXXXXI.

Prior et Conventus.

BENEVOLO LECTORI

P. S.

De ratione et methodo quam praesentem catalogum conficiens sum secutus, necesse non est longe disserere.

Opusculorum titulos, initia, fines et quae praeterea edenda fuerunt, e codicibus fideliter exscripsi. Doctissimorum autem hagiographorum Bollandianorum exemplo usus plerumque non orthographiam codicis, sed iam recentiori aetate vulgo magis usurpatam scribendi formam sequendam esse duxi; variis tamen litterarum typis indicandum curavi, charactere scilicet communi quidquid ad verbum documentis desumptum, charactere ‚*italico*' quidquid in codicibus describendis et explicandis dictu opus fuerit.

Utramque eiusdem folii plagam ita distinxi, ut folium rectum nudo numero, folium versum numero virgulâ adpositâ notare placuerit, e. g. fol. 1. et fol. 1'.

Locupletissimos et auctorum et rerum indices subieci, nec non tabellam praeposui veterem codicum ordinem cum novo comparantem.

Tituli librorum adhibitorum suo loco inveniuntur, iis exceptis quos saepius occurrentes ita allegare placuit:

Act. SS. = Acta Sanctorum quotquot toto orbe coluntur, ediderunt Jo. Bollandus et alii. Antverpiae 1643 sqq. 2⁰.

Cat. codd. hag. Parisiens. = Catalogus codicum hagiographicorum latinorum qui asservantur in bibliotheca nat. Parisiensi, ediderunt hagiographi Bollandiani. Bruxellis 1889. Tomus I. 8⁰.

Chevalier = Répertoire des sources historiques du moyen âge par Ulysse Chevalier. Paris 1877/86. (Supplément 1888.) 4⁰.

Daniel, Thesaur. = Thesaurus hymnologicus seu Hymnorum, Canticorum, Sequentiarum circa annum MD usitatarum collectio amplissima, collegit ... Herm. Adalb. Daniel. Lipsiae 1855/56. 5 tomi. 8⁰.

Engelberg = Versuch einer urkundlichen Darstellung des reichsfreien Stiftes Engelberg. Luzern 1846. 8⁰.

Fabricius, Bibl. lat. med. = Jo. Alberti Fabricii Bibliotheca latina mediae et infimae aetatis. Hamburgi 1734/46. 6 tomi. 8⁰.

Fabricius, Cod. apocr. = Codex apocryphus novi Testamenti collectus . . . a Jo. Alberto Fabricio. Hamburgi 1719. 3 partes. 8⁰.

Fuchs = Egidius Tschudy's Leben und Schriften von Ildephons Fuchs. St. Gallen 1805. 2 partes. 8⁰.

Germania = F. Pfeiffer Germania. Vierteljahrschrift für deutsche Alterthumskunde. Stuttgart (Wien) 1856 sqq. 8⁰.

Geschfr. = Geschichtsfreund. Mittheilungen des historischen Vereins der fünf Orte Luzern, Uri, Schwyz, Unterwalden und Zug. Einsiedeln 1844 sqq. 8⁰.

Goedeke = Grundriss zur Geschichte der deutschen Dichtungen von Karl Goedeke. Dresden 1884. I. (Mittelalter.)

Graesse, Literärgesch. = Lehrbuch einer allgemeinen Literärgeschichte von Dr. Joh. G. Theod. Graesse. Dresden und Leipzig 1837/58. 8⁰.

Hain = Repertorium bibliographicum opera Lud. Hain. Stuttgartiae 1826/38. 4 tomi. 8⁰.

Haller = G. E. von Haller, Bibliothek der Schweizergeschichte. Bern 1785/88. 7 tomi. 8⁰.

Hdschr. S. Gall. = Verzeichniss der Handschriften der Stiftsbibliothek von St. Gallen. Halle 1876. 8⁰.

Hist. littér. = Histoire littéraire de la France par les Pères Bénédictins. Paris 1865 sqq. 4⁰.

Mombritius = Boninus Mombritius Mediolan. Sanctuarium seu vitae Sanctorum. s. l. e. a. (Hain, 11 544.) 2 tomi. 2⁰.

Mone, Hymn. = Hymni latini medii aevi . . . edidit Fr. Jos. Mone. Friburgi Brisg. 1853/55. 3 tomi. 8⁰.

Mone, Quellen = Quellensammlung der badischen Landesgeschichte, herausgegeben von Fr. Jos. Mone. Karlsruhe 1845/67. 4 tomi. 4⁰.

Morel, Hymn. = Lateinische Hymnen des Mittelalters . . . von P. Gall Morel. Einsiedeln 1866/68. 8⁰.

P. L. = Patrologiae (Latinae) Cursus completus . . . accurante J. P. Migne. Parisiis 1844/55. 221 tomi. 4⁰.

Surius = De probatis Sanctorum historiis . . . per Laurentium Surium Carthusianum. Coloniae Agr. 1576/81. 6 tomi. 2⁰.

Tabb. Codd. Vindob. = Tabulae codicum manu scriptorum . . . in bibliotheca Palatina Vindobonensi asservatorum. Vindobonae 1864/73. 6 voll. 8⁰.

Tischendorf. Ev. apocr. = Evangelia apocrypha . . . edidit Constant. Tischendorf. Lipsiae 1853. 8⁰.

Wackernagel = Altdeutsche Predigten und Gebete . . . von W. Wackernagel. Basel 1876. 8⁰.

Restat, ut omnibus et singulis egregiis viris qui favore, consilio vel operâ me adiuverunt, gratias persolvam et quidem maximas cl. v. Dr. Ludovico Sieber, Basiliensis universitatis bibliothecario, qui in rebus litterariis versatissimus, suâ quâ pollet doctrinâ nunquam mihi defuit; et cl. v. Francisco Josepho Schiffmann, bibliothecario Lucernensi, cuius liberalitas quâ thesauros sibi commissos promptos mihi expositosque praebuit, magnopere est praedicanda.

P. Benedictus Gottwald.

O. S. B.

ORDO CODICUM

VETUS CUM NOVO COMPARATUS.

Vet.	Nov.	Vet.	Nov.	Vet.	Nov.	Vet.	Nov.	Vet.	Nov.
1/1	— 3.	2/5	— 31.	3/1	— 32.	3/29	— 81.	4/20	— 68.
1/2	— 4.	2/6	— 232.	3/2	— 33.	3/30	— 82.	4/21	— 273.
1/3	— 5.	2/7	— 36.	3/3 desidera-		3/31	— 83.	4/22	— 101.
1/4	— 2.	2/8 In bibl.		tur.		3/32	— 98.	4/23	— 102.
1/5	— 168.	Einsidlensi.		3/4	— 254.	3/33	— 96.	4/24	— 315.
1/6	— 169.	2/9	— 230.	3/5	— 255.	3/34	— 99.	4/25	— 314.
1/7	— 7.	2/10	— 40.	3/6	— 237.	3/35	— 100.	4/26	— 106.
1/8	— 9.	2/11	— 37.	3/7	— 34.	3/36	— 306.	4/27	— 107.
1/9	— 8.	2/12	— 234.	3/8	— 261.	3/37	— 360.	4/28	— 307.
1/10	— 15.	2/13	— 235.	3/9	— 44.				
1/11	— 14.	2/14	— 39.	3/10	— 263.	4/1	— 53.	5/1	— 73.
1/12	— 12.	2/15	— 238.	3/11	— 249.	4/2	— 52.	5/2	— 84.
1/13	— 13.	2/16	— 236.	3/12	— 246.	4/3	— 50.	5/3	— 304.
1/14	— 16.	2/17	— 253.	3/13	— 248.	4/4	— 56.	5/4	— 87.
1/15	— 17.	2/18	— 260.	3/14	— 247.	4/5	— 54.	5/5	— 88.
1/16	— 18.	2/19	— 257.	3/15	— 250.	4/6	— 55.	5/6	— 86.
1/17	— 6.	2/20	— 256.	3/16	— 264.	4/7	— 60.	5/7	— 305.
1/18	— 20.	2/21	— 252.	3/17	— 48.	4/8	— 61.	5/8	— 309.
1/19	— 21.	2/22	— 42.	3/18	— 49.	4/9	— 58.	5/9	— 308.
1/20	— 22.	2/23	— 245.	3/19	— 45.	4/10	— 64.	5/10	— 311.
1/21	— 23.	2/24	— 262.	3/20	— 251.	4/11	— 66.	5/11	— 318.
1/22	— 19.	2/25	— 258.	3/21	— 38.	4/12	— 57.	5/12	— 317.
1/23	— 24.	2/26	— 259.	3/22	— 74.	4/13	— 62.	5/13	— 92.
1/24	— 30.	2/27	— 244.	3/23	— 75.	4/14	— 63.	5/14	— 332.
		2/28	— 47.	3/24	— 76.	4/15	— 67.	5/15	— 322.
2/1	— 29.	2/29	— 43.	3/25	— 77.	4/16	— 69.	5/16	— 331.
2/2	— 217.	2/30	— 225.	3/26	— 78.	4/17	— 70.	5/17	— 320.
2/3	— 35.	2/31	— 447.	3/27	— 79.	4/18	— 71.	5/18	— 310.
2/4	— 218.	2/32	— 216.	3/28	— 80.	4/19	— 65.	5/19	— 321.

Vet.	Nov.	Vet.	Nov.	Vet.	Nov.	Vet.	Nov.	Vet.	Nov.
5/20	deside-	5/45	— 105.	6/21	— 140.	6/47	— 165.	7/20	— 191.
	ratur.	5/46	— 385.	6/22	— 402.	6/48	— 164.	7/21	— 192.
5/21	— 312.	5/47	— 119.	6/23	— 142.	6/49	— 431.	7/22	— 193.
5/22	— 323.	5/48	— 121.	6/24	— 139.	6/50	— 432.	7/23	— 194.
5/23	— 319.	5/49	— 111.	6/25	— 401.	6/51	— 441.	7/24	— 195.
5/24	— 326.			6/26	— 143.	6/52	— 145.	7/25	— 196.
5/25	— 333.	6/1	— 108.	6/27	— 433.			7/26	— 197.
5/26	— 313.	6/2	— 109.	6/28	— 146.	7/1	— 175.	7/27	— 198.
5/27	— 93.	6/3	— 110.	6/29	— 435.	7/2	— 176.	7/28	— 199.
5/28	— 324.	6/4	— 115.	6/30	— 434.	7/3	— 177.	7/29	— 200.
5/29	— 325.	6/5	— 112.	6/31	— 438.	7/4	— 206.	7/30	— 201.
5/30	— 342.	6/6	— 113.	6/32	— 439.	7/5	— 207.	7/31	— 202.
5/31	— 327.	6/7	— 129.	6/33	— 147.	7/6	— 208.	7/32	— 167.
5/32	— 340.	6/8	— 122.	6/34	— 442.	7/7	— 211.	7/33	— 174.
5/33	— 328.	6/9	— 120.	6/35	— 443.	7/8	— 209.	7/34	— 185.
5/34	— 104.	6/10	— 123.	6/36	— 148.	7/9	— 210.	7/35	— 184.
5/35	— 329.	6/11	— 126.	6/37	— 149.	7/10	— 265.	7/36	— 178.
5/36	— 89.	6/12	— 130.	6/38	— 151.	7/11	— 204.	7/37	— 179.
5/37	— 91.	6/13	— 131.	6/39	— 150.	7/12	— 205.	7/38	— 180.
5/38	— 90.	6/14	— 132.	6/40	— 154.	7/13	— 446.	7/39	— 181.
5/39	— 103.	6/15	— 127.	6/41	— 156.	7/14	— 203.	7/40	— 182.
5/40	— 330.	6/16	— 128.	6/42	— 157.	7/15	— 186.	7/41	— 183.
5/41	— 116.	6/17	— 133.	6/43	— 158.	7/16	— 187.	7/42	— 229.
5/42	— 357.	6/18	— 135.	6/44	— 160.	7/17	— 188.	7/43	— 268.
5/43	— 118.	6/19	— 138.	6/45	— 162.	7/18	— 189.	7/44	— 269.
5/44	— 117.	6/20	— 136.	6/46	— 161.	7/19	— 190.	7/45	— 270.

INDEX.

CODICES.

A. CODICES MEMBRANEI.

CODEX I.

Foliorum 381 (ultimum 395 signatum exstat; notae tamen numerales 240—249 et 291 omissae sunt, folia 320. 363. et 389. excisa), 500: 358 mm., lineis plenis exaratus saeculo XV. (paucis exceptis quae fol. 318'. ‚anno MDLXIIII', et quae a fol. 392. ad 395. usque variis manibus saec. XVI. scripta sunt), rubricatus et litteris initialibus rubro caeruleoque colore confectis ac similibus ornamentis sparsim decoratus.

Graduale cum notis musicis, continens Proprium de tempore, de Sanctis, Ordinarium missae et Sequentias.

Sequentiarum initia:

Fol. 319. In primo gallicantu. *(rubr.)* Grates nunc omnes reddamus . . . *Daniel, Thesaur. 2, 5. num. II.*

Eodem fol. In primo mane. *(rubr.)* Eya recolamus laudibus — mirifice induta. *(Mutil. quia folium 320. deest.) Morel, Hymn. pag. 5. num. 9.*

Fol. 321. Fragmentum sequentiae ‚Natus ante saecula' incipit: Hoc praesens diecula . . . *Daniel, l. c. 2, 5. num. III.*

Fol. 321'. De sancto Stephano. *(rubr.)* Hanc concordi famulatu . . . *Mone, Hymn. 3, 509. num. 1159.*

Fol. 322'. De sancto Johanne evang. *(rubr.)* Johannes Jhesu Christo multum dilecte . . . *Daniel, l. c. 2, 7. num. V.*

Fol. 323'. De Innocentibus. *(rubr.)* Laus tibi Christe patris optime nate . . . *Mone, l. c. 3, 36. num. 646.*

Fol. 324'. In epyphania domini. *(rubr.)* Festa Christi omnis christianitas . . . *Daniel, l. c. 2, 9. num. VII.*

Fol. 325'. Agnetis virg. *(rubr.)* Laus sit regi gloriae . . . *Mone, l. c. 3, 178. num. 773.*

Fol. 327. In conversione sancti Pauli. *(rubr.)* Dixit dominus ex Basan . . . *Daniel, l. c. 2, 37. num. XXXVIII.*

Fol. 328. In purificatione beatae Mariae. *(rubr.)* Concentu parili hic te Maria . . . *Daniel, l. c. 2, 10. num. VIII.*

Fol. 329'. In festo Paschae. *(rubr.)* Laudes salvatori voce modulemur supplici . . . *Mone, l. c. 1, 200. num. 148.*

Fol. 331'. Item. *(rubr.)* Agni paschalis esu potuque dignas . . . *Mone, l. c. 1, 207. num. 153.*

Fol. 332. Item alia. *(rubr.)* Victimae paschali laudes immolent . . . *Daniel, l. c. 2, 95. num. CXX.*

Fol. 332'. Item. *(rubr.)* Surgit Christus cum trophaeo — tu nobis victor rex miserere. *(Daniel, l. c. 5, 60. num. 54.)*

Fol. 334. Item alia. *(rubr.)* Rex regum dei agne . . . *Mone. l. c. 1. 191. num. 142.*

Fol. 335'. Inventio sanctae crucis. *(rubr.)* Salve crux laudabilis . . . *Mone, l. c. 1, 143. num. 109.*

Fol. 336. In ascensione domini. *(rubr.)* Summi triumphum regis prosequamur laude . . . *Daniel, l. c. 2, 15. num. XIII.*

Fol. 337'. Infra octavam ascensionis domini. *(rubr.)* Omnes gentes plaudite . . . *Daniel, l. c. 5, 67. num. 80.*

Fol. 338'. In festo penthecostes. *(rubr.)* Sancti spiritus assit nobis gratia . . . *Mone, l. c. 1, 254. num. 197.*

Fol. 340. Item alia sequentia. *(rubr.)* Veni sancte spiritus . . . *Mone, l. c. 1, 244. num. 186.*

Fol. 340'. De sancta Trinitate. *(rubr.)* Profitentes unitatem veneremur trinitatem . . . *Daniel, l. c. 5, 72. num. 88.*

Fol. 342. Item alia. *(rubr.)* Benedicta semper sancta sit trinitas . . . *Mone, l. c. 1, 6. num. 4.*

Fol. 343. De corpore Christi. *(rubr.)* Panis vitae panis dulcis — assumat in peculium.

Fol. 343'. De corpore Christi. *(rubr.)* Lauda Syon salvatorem . . . *Mone. l. c. 1, 276. num. 210.*

Fol. 345'. Infra octavam corporis Christi. *(rubr.)* O panis dulcissime, o fidelis animae . . . *Mone. l. c. 1. 269. num. 205.*

Fol. 346. Decem milium martyrum. *(rubr.)* Gratulemur hac die sacra . . . *Morel, l. c. pag. 183. num. 305.*

Fol. 346'. De sancto Johanne Baptista. *(rubr.)* Sancti Baptistae Christi praeconis . . . *Mone, l. c. 3. 49. num. 656.*

Fol. 347'. Petri et Pauli apostolorum. *(rubr.)* Petre summe Christe pastor . . . *Daniel, l. c. 2, 19. num. XVI.*

Fol. 348'. Margareta virg. *(rubr.)* Virgo dei Margareta . . . *Mone. l. c. 3, 408. num. 1046.*

Fol. 349'. Arbogasti episc. *(rubr.)* Laudes deo pange sincera voce fidelis ecclesia — intercessorem sentiamus pium in coelis. *(Daniel. l. c. 5, 160. num. 321.)*

Fol. 351. Mariae Magdalenae. *(rubr.)* Laus tibi Christe qui es creator . . . *Mone. l. c. 3, 415. num. 1054.*

Fol. 352. Afrae martyris. *(rubr.)* Grates deo et honor sint per saecula ... *Mone, l. c. 3. 172. num. 767.*

Fol. 353'. Laurentius. *(rubr.)* Laurenti David magni martyr.... *Daniel, l. c. 2, 20. num. XVIII.*

Fol. 354. In assumptione beatae Mariae virg. *(rubr.)* Congaudent angelorum chori ... *Daniel, l. c. 2. 21. num. XIX.*

Fol. 355'. Bartholomaei ap. *(rubr.)* Laudet te deus justus et reus ... *Mone, l. c. 3, 124. num. 713.*

Fol. 356'. Augustini. *(rubr.)* S. Augustini merita — petat nobis vitam aeternam.

Fol. 357'. In decollatione sancti Johannis. *(rubr.)* Psallite regi nostro, psallite ... *Daniel, l. c. 2. 41. num. XLI.*

Fol. 359. In nativ. beatae Mariae virg. *(rubr.)* Stirpe Maria regia procreata ... *Daniel, l. c. 2, 22. num. XX.*

Fol. 359'. In exaltatione sanctae crucis. *(rubr.)* Laudes crucis attolamus ... *Daniel, l. c. 2. 78. num. C.*

Fol. 361'. Mauritii et soc. *(rubr.)* Sancti belli celebremus triumphum ... *Mone, l. c. 3. 436. num. 1076.*

Fol. 362. Michahelis archang. *(rubr.)* Magnum te Michahelem habentem pignus ... *Mone, l. c. 1. 454. num. 318.*

Fol. 362'. Galli conf. *(rubr.)* Dilecte deo Galle perhenni — sprevisti paupe-. *(Mutil. quia folium 363. deest.) Mone, l. c. 3, 311. num. 936.*

Fol. 364. Fragmentum sequentiae ,Virginalis turmae sexus' incipit v. 20: cipula docta per somnium ... *Mone, l. c. 3, 541. num. 1194.*

Fol. 365. De omnibus Sanctis. *(rubr.)* Omnes sancti seraphim ... *Daniel, l. c. 2, 26. num. XXVI.*

Fol. 365'. Martini episc. *(rubr.)* Sacerdotem Christi Martinum cuncta ... *Mone, l. c. 3, 432. num. 1072.*

Fol. 367. De sancta Elizabeth. *(rubr.)* Gaude Syon quod egressus ... *Mone, l. c. 3, 285. num. 903.*

Fol. 368. De sancta Katherina virg. *(rubr.)* Sanctissimae virginis votiva festa ... *Mone, l. c. 3, 350. num. 985.*

Fol. 368'. In octava Katherinae. *(rubr.)* Katherinae sollempnia sancta colat ... *Mone, l. c. 3, 352. num. 987.*

Fol. 370. Andreae. *(rubr.)* Deus in tua virtute sanctus Andreas gaudet ... *Daniel, l. c. 2, 28. num. XXX.*

Fol. 370'. Nicolai episc. *(rubr.)* Congaudentes exultemus vocali concordia ... *Mone, l. c. 3, 455. num. 1093.*

Fol. 372. De apostolis. *(rubr.)* Clare sanctorum senatus apostolorum ... *Daniel, l. c. 2, 29. num. XXXI.*

Fol. 372'. De martyribus. *(rubr.)* Agone triumphali militum regis summi ... *Mone, l. c. 3, 144. num. 734.*

Fol. 373. De confessoribus. *(rubr.)* Ad laudes salvatoris ... *Daniel, l. c. 5, 149. num. 275.*

Fol. 374'. De virginibus. *(rubr.)* Exultent filiae Syon in rege suo . . . *Mone. l. c. 3, 159. num. 752.*

Fol. 375'. De sancta Maria virgine. *(rubr.)* Ave praeclara maris stella . . . *Mone, l. c. 2, 355. num. 555.*

Fol. 377. Item de beata virgine. *(rubr.)* Ave Maria gratia plena . . . *Mone. l. c. 2, 112. num. 402.*

Fol. 378. Item de beata virgine. *(rubr.)* Verbum bonum et suave . . . *Mone, l. c. 2, 75. num. 381.*

Fol. 378'. Item de beata virgine. *(rubr.)* Salve mater salvatoris . . . *Mone. l. c. 2, 309. num. 524.*

Fol. 380'. In dedicatione. *(rubr.)* Psallat ecclesia mater illibata . . . *Mone. l. c. 1, 323. num. 253.*

Fol. 381'. Paschalibus diebus de beata virgine. *(rubr.)* Virgini Mariae laudes . . . *Mone, l. c. 2, 232. num. 503.*

Fol. 382. De sancta cruce. *(rubr.)* Dulce lignum adoremus . . . *Mone. l. c. 1, 139. num. 106.*

Fol. 382'. Sacerdotum praefulgens gloria Florentius — ibi Christo gloria.

Fol. 383'. Psallens deo Syon gaude . . . *Mone, l. c. 3, 153. num. 743.*

Fol. 384. Laetabundus exultet fidelis chorus . . . *Daniel, l. c. 2, 61. num. LXXXI.*

Fol. 386. In adventu sequent. de beata V. Maria. *(rubr.)* Mittit ad virginem . . . *Mone, l. c. 2, 31. num. 343.*

Fol. 388. Visitationis Mariae sequent. *(rubr.)* Veni praecelsa domina . . . *Mone, l. c. 2, 125. num. 417.*

Fol. 390. *(389. deest.) Fragmentum sequentiae ‚Potestate non natura' incipit v. 39:* homo deus Sunamitis puerum . . . *Mone, l. c. 2, 85. num. 389.*

De notatione seu scriptione musica, quae dicitur „Verstärkte Neumenschrift" cfr. R. Schlecht, Geschichte der Kirchenmusik. Regensburg 1879. Pag. 24.

CODEX 2. olim signatus 1/4.

Foliorum 264 (quorum LXIV. excisum periit; nota autem numeralis CCV bis occurrit), 436 : 310 mm., columnis binis exaratus saeculo XII., rubricatus ac nonnullis amplioribus litteris initialibus minio delineatis ornatus.

Vitae Sanctorum et passiones Martyrum. Pars aestivalis.

Fol. 1. Legendum de sancta MARIA MAGDALENA. XI. Kal. Aug. *(rubr.)* Narrat Josephus quod Maria Magdalena post ascensionem — pro sanctis meritis ejusdem mulieris praestante domino qui . . . Amen.

Fol. 1'—3. Vita ac passio sancti APOLLINARIS episcopi, discipuli sancti Petri apostoli. *(rubr.)* Cum autem pervenisset praedicare in Ravennam... *Verbis brevior, rebus tamen convenit cum passione edita in Act. SS. 23. Jul. V, 345 sqq. numm. 3. 5. 6. 10. 12. 14. 15. 21. 23. 26—35.*

Fol. 3—5. Passio sancti JACOBI apostoli, fratris Johannis evangelistae et apostoli. *(rubr.)* Apostolus domini nostri Jhesu Christi Jacobus . . . *Mombritius, tom. II.*

Fol. 5—7. Passio sancti CHRISTOPHORI martyris. VIII. Kal. Aug. *(rubr.)* In tempore illo quo Dagnus rex regnabat in civitate Samon . . . *Verbis passim differt, rebus autem convenit cum Act. SS. 25. Jul. VI, 146—149.*

Fol. 7'—11. Passio sancti PANTALEONIS martyris. *(rubr.)* Regnante impio et iniquissimo Maximiano . . . *Mombritius, tom. II. non multis lectionibus variantibus.*

Fol. 11—13. Passio sancti FELICIS, qui passus est in civitate Gerunda sub Diocletiano et Maximiano imperatoribus. *(rubr.)* In diebus illis sub Diocletiano et Maximiano imperatoribus talis orta est persecutio . . . *Stilus multum differt ab eo in Act. SS. 1. Aug. I, 26—28.*

Fol. 13. Passio sanctorum martyrum SIMPLICII, FAUSTINI et BEATRICIS virg. *(rubr.)* Temporibus Diocletiani et Maximiani sceleratissimorum ... *Mombritius, tom. II.*

Fol. 13'—15'. Passio sanctorum martyrum ABDON et SENNES. *(rubr.)* In diebus illis orta tempestate sub Decio Caesare . . . *Verbis differt, rebus autem concordat cum passione edita apud Surium d. 10. Aug.*

Fol. 15'—23. Vita sancti GERMANI episcopi *Autisiodorensis*, cuius depositio est II. Kal. Aug. *(rubr.) Auctore Constantio presbytero. Act. SS. 31. Jul. VII, 211—231. Praemittuntur* capitula, praefatio *i. e. epistola ad Patientem Lugdun. episc. et* prologus. *Omissa est epistola ad Censurium episc., omissi quoque in Vita numeri 2—8. 17—37. 42—44. 58. per totum, numm. 49. 60. 64. 66. ex parte; desinit in verbis* quam nimium. *(num. 77.)*

Fol. 23—26'. Passio sancti STEPHANI papae et martyris. *(rubr.)* Temporibus Valeriani et Gallieni multi christianorum ... *Mombritius, tom. II.*

Fol. 26'—27. Epistola vel praefatio Aviti presbyteri de revelatione corporis sancti STEPHANI protomartyris. *(rubr.)* Beatissimo dilectissimoque . . . Memores esse mei vos cupio . . . *P. L. 41, 805—808.*

Fol. 27—28'. Epistola sancti Luciniani *(Luciani)* presbyteri de revelatione corporum sancti STEPHANI, GAMALIELIS, ABIBAE et NICODEMI. *(rubr.)* Lucianus misericordia indigens . . . *Mombritius, tom. II. Epistolam sequitur* Interpretatio *(rubr.)*: Bovem appellatum in visione sanctum Stephanum — immaculati corporis declarata sunt.

Fol. 28'—29'. Passio sanctorum martyrum SYXTI, FELICISSIMI et AGAPITI. *(rubr.)* Eodem tempore Decius Caesar et Valerianus . . . *Mombritius, tom. II.*

Fol. 30—31'. Conversio sanctae AFRAE martyris et puellarum ipsius. *(rubr.)* Apud provinciam Raetiam civitate Augusta . . . *Act. SS. 5. Aug. II, 55—57.*

Fol. 31'—32'. Passio sanctae AFRAE martyris. *(rubr.)* Apud provinciam Regenas in civitate Augusta cum christianis . . . *Act. SS. 5. Aug. II. 58—59. In fine additur:* Eodem die passi sunt etiam non longe ab urbe Roma Cyriacus — ad palmam martyrii pervenerunt. Explicit vita vel passio sanctae ac beatissimae Afrae, quae passa est apud provinciam Raetiam in civitate Augusta regnante domino nostro . . . Amen.

Fol. 32'—35. Conversio FALTONIS PINIANI illustris viri et ANICIAE LUCINAE coniugis eius et aliorum sanctorum martyrum. *(rubr.)* Sergius Terentianus illustris vir secundo urbis praefectus . . . *Act. SS. 11. Maii II. 616—619. Praemittitur* Praefatio: Vir dei doctissimus sanctus Eusebius — exigere potuisse noscuntur.

Fol. 35—37. Passio sancti LAURENTII archidiaconi. *(rubr.)* Tempore illo milites tenentes beatum Laurentium duxerunt . . . *Mombritius. tom. II. paucissimis lectionibus variantibus.*

Fol. 37—38'. Passio sancti YPOLYTI martyris. *(rubr.)* Diebus illis regressus itaque Ypolytus . . . *Mombritius, tom. II.*

Fol. 38'—39. Vita sancti EUSEBII presbyteri. XVIIII. Kal. Sept. *(rubr.)* Eodem tempore quo Liberius de exilio revocatus fuerat . . . *Act. SS. 14. Aug. III, 166—167, numm. 5—7. In fine additur:* Mortuo autem Liberio levatur Damasus — non tamen multum tempus; donante domino nostro . . . Amen. *Cfr. Cat. codd. hag. Parisiens. I, 471. num. 78.*

Fol. 39—40'. Passio sancti AGAPITI martyris. *(rubr.)* Sub rege Antiocho pagano erat puer quidam nomine Agapitus . . . *Mombritius, tom. I.*

Fol. 40'—43. Vita beati BERTOLFI abbatis et aliorum monachorum. *(rubr.)* Quam praeclara sunt monimenta iustorum . . . *Jona monacho auctore. P. L. 87, 1061—1070. A numero 16. usque ad finem multae lectiones variant.*

Fol. 43—44. Passio sancti TIMOTHEI martyris. XI. Kal. Sept. *(rubr.)* Tempore illo agente Lampadio praeside facta est persecutio — in nomine domini Jesu Christi, cui est virtus . . . Amen. *Ex Flodoardi historia Remensis ecclesiae, lib. I. cap. 4. Ab initio multum differt: a verbis autem* Quanto tu mihi ampliora tormenta . . . *concordat cum textu edito P. L. 135, 33 B — 35 A.*

Fol. 44—45. Passio sancti SYMPHORIANI martyris. *(rubr.)* Sub Aureliano principe cum adversus christianum nomen . . . *Act. SS. 22. Aug. IV, 496—497. Numeri 8. 9. et 10. prolixiores sunt textu codicis.*

Fol. 45—48. Passio sancti BARTHOLOMAEI apostoli. *(rubr.)* Indiae tres esse ab historiographis ... *Auctore Pseudo-Abdia. Act. SS. 25. Aug. V, 34—38. Fabricius. Cod. apocr. 2, 669—687.*

Fol. 48—49'. Passio sancti ALEXANDRI martyris. VII. Kal. Sept. *(rubr.)* Cum omnium beatorum Christi martyrum ... *Act. SS. 26. Aug. V, 803—805.*

Fol. 49'—50'. Passio sancti PELAGII martyris. *(rubr.)* Temporibus itaque Numeriani imperatoris ... *Act. SS. 28. Aug. VI, 161—163.*

Fol. 50'—51'. Passio sancti JULIANI martyris. *(rubr.)* Sublimem atque venerabilem passionem Arvernae urbis ... *Act. SS. 28. Aug. VI, 173.*

Fol. 51'—62'. Vita sancti AUGUSTINI Ypponensis episcopi et confessoris. *(rubr.) Possidio auctore. Act. SS. 28. Aug. VI, 427—440. Praemittitur* Titulus vitae *i. e. index capitulorum.*

Fol. 62'—66. Capitula *(seu indiculus)* librorum sancti Augustini episcopi Ypponensis. *(rubr.) Possidio auctore. Act. SS. 28. Aug. VI, 441—460. In fine additur:* Haec de plurimis pauca sunt adnotata, ita ut et in his ipsis multa sint de numeris omissa. Idcirco etiam capitulatio videtur imperfecta.

Fol. 66—67. Vitam beatae VERENAE virginis, ut ab antiquis inventa est, nostro stilo explicamus. Amator ejus ad legendum sic accipe. *(rubr.) Act. SS. 1. Sept. I, 164—167. Textus hoc modo ordinatus est:* Vitam gloriosae virginis — flammanter investigat. *(Pars praefationis prior.)* Virgo ista beatissima — ad plenum satiantibus. *(Num. 2—6. circa finem.)* Cumque jam instaret — ubique manifestans. *(Num. 14.)* Haec filia illustrissima subinde legens — tanto praeclarior sis sanctitate. *(Praefationis pars posterior.)*

Fol. 67—70. Prologus vitae *et* vita sancti AEGIDII confessoris. *(rubr.)* Sanctorum quidem ... Sanctus igitur Aegidius natione ... *Act. SS. 1. Sept. I. 299—303.*

Fol. 70—72. Vita vel actus almi antistitis REMACLI. III. Non. Sept. *(rubr.)* Cum sit studium gentilium sua figmenta ... *Act. SS. 3. Sept. I. 692—695.*

Fol. 72—75. Liber de miraculis eius. *(rubr.)* Post expletum namque gloriosissimi agonis ... *Act. SS. 3. Sept. I. 696—703. numeris 18—29. omissis.*

Fol. 75—85. Prologus in vitam *et* vita beatissimi MAURI abbatis, cujus festivitas celebratur XVIII. Kal. Febr. *(rubr.) Auctore Fausto. Act. SS. 15. Jan. I. 1039—1050. numm. 7. 10—14. omm.*

Fol. 85—94'. Vita sancti ac beatissimi MAGNI confessoris Christi, cujus depositio colitur VIII. Idus Sept. *(rubr.)* In tempore illo cum beatissimus Columbanus ... *Auctore Pseudo-Theodoro. Convenit cum vita ed. apud Goldast. Rerum Alamannicarum Scriptores. Francofurti 1661. tom. I. 195—203.*

Fol. 94'—99'. Legendum de nativitate sanctae MARIAE virginis. *(rubr.)* In diebus illis erat vir in Israel nomine Joachim ... *Pseudo-Matthaeus cc. 1—25., paucis omissis ac paucis lectionibus variantibus. Tischendorf. Ev. apocr. pag. 53—87.*

Fol. 99'—104. Passio sancti ADRIANI martyris aliorumque sanctorum martyrum. *(rubr.)* In diebus illis factum est ut ingrederetur ... *Mombritius, tom. I.*

Fol. 104—109. Passio sanctae EUGENIAE virg. et martyris et sanctorum martyrum PROTI et JACINTI. *(rubr.)* Septimo consulatu suo Commodus ... *Mombritius, tom. II. Circa finem passionis codex est paululum verbosior.*

Fol. 109—110. Passio sanctorum FELICIS et REGULAE. *(rubr.)* Tempore illo beatissimus Felix et germana sua Regula ... *Act. SS. 11. Sept. III, 772—773., lectionibus paucissimis variantibus.*

Fol. 110—111. Relatio de EXALTATIONE SANCTAE CRUCIS, quae colitur XVIII. Kal. Oct. *(rubr.)* Tempore illo postquam Constantino Augusto ... *Mombritius, tom. I.*

Fol. 111. Passio sancti CYPRIANI episcopi. *(rubr.)* Valeriano tertio et Gallieno secundo consulibus ... *Act. SS. 14. Sept. IV. 332—333., lectionibus non paucis variantibus.*

Fol. 112—115. Passio sanctae EUFEMIAE virg. et martyris quae passa est sub Diocletiano imperatore. XVI. Kal. Oct. *(rubr.)* In Europa erat congregatio magna ... *Mombritius, tom. I.*

Fol. 115—119'. Vita et passio sancti LAMPERTI episc. et martyris, cuius festum colitur XV. Kal. Oct. *(rubr.)* Si pagani figmenta saeva ... *Godescalco auctore. Act. SS. 17. Sept. V, 574—580. Num. 28. convenit cum iis quae l. c. pag. 581. annot. n. leguntur; a num. 29. usque ad finem lectiones variant.*

Fol. 119'—124. Passio sancti MATTHAEI apostoli et evangelistae. *(rubr.)* Quoniam deo cura est de omnibus ... *Mombritius, tom. II.*

Fol. 124—126'. Passio sancti MAURITII et sociorum eius. X. Kal. Oct. *(rubr.)* Diocletianus quondam Romanae reipublicae princeps ... *Passio interpolata. Act. SS. 22. Sept. VI, 345—349. Responsum Caesari datum convenit cum eo quod exhibetur l. c. pag. 347. annotat. l.*

Fol. 126'—129. Descriptio vitae *et* passio sanctorum martyrum COSMAE et DAMIANI. *(rubr.)* Domino nostro Jhesu Christo regnante omnis error et idolorum cultura iam paulolum cessaverat. Illo tempore fuit quaedam mulier ... *Verbis multum differt, rebus autem convenit cum textu in Act. SS. 27. Sept. VII, 444—447.*

Fol. 129—130'. In festivitate sancti MICHAHELIS. Relatio Bedae de causa eiusdem festivitatis. *(rubr.)* Memoriam beati archangeli Michahelis ... *P. L. 95, 1522—1525. In fine additur:* Ego Beda hanc historiam tortuosam ad normam veritatis correxi.

Fol. 130'—131'. Passio sanctorum martyrum URSI et VICTORIS, qui passi sunt sub Ezea iudice II. Kal. Oct. *(rubr.)* Igitur viri beatissimi Ursus et Victor . . . *Cfr. Lütolf. Glaubensboten der Schweiz. Lucern. 1871. Pag. 176 sqq.*

Fol. 131' - 134. Vita sancti HIERONIMI presbyteri. *(rubr.)* Hieronimus noster in oppido Hystridonis, quod a Gothis . . . *P. L. 22, 175—184.*

Fol. 134—135. Vita sancti ac beatissimi REMIGII episcopi. Kal. Oct. *(rubr.)* Beatissimi Remigii antistitis depositionem . . . *Fortunato auctore. Act. SS. 1. Oct. I, 128—129.*

Fol. 135'—141. Vita ac passio sancti LEUDEGARII episc. et martyris. VI. Non. Oct. *(rubr.)* Igitur beatissimus Leudegarius ex progenie . . . *Ursino auctore. Mabillon, Act. SS. O. S. B. Saec. II. pag. 699—705. In codice prologus omissus est.*

Fol. 141—142'. Passio sanctae FIDIS virginis et martyris. II. Non. Oct. *(rubr.)* Sancta igitur Fides Aginnensium civitate . . . *Act. SS. 20. Oct. VIII. 823—825, numero 1. omisso.*

Fol. 142'—144'. Conversio ac vita sancti DIONISII areopagitae a beato Paulo doctus *(sic)* fidem. *(rubr.)* Magnum et admirabile donum — credimus precibus adiuvandos. Explicit de conversione seu vita s. Dionisii episc. *Sermo sancto Leoni papae adscriptus. P. L. 56. 1145—1150. num. III—X. med.*

Fol. 144'—147. Passio sanctorum martyrum DIONISII, RUSTICI et ELEUTHERII. *(rubr.)* Post beatam et gloriosam resurrectionem . . . *Act. SS. 9. Oct. IV. 792—794.*

Fol. 147—149. Passio sancti KALIXTI papae et martyris. *(rubr.)* Temporibus Macrini et Alexandri incendio divino . . . *Act. SS. 14. Oct. VI, 439—441.*

Fol. 149—169'. Vita sancti GALLI confessoris Christi. *(rubr.)* Nisi me sanctarum . . . Cum praeclara sanctissimi viri . . . *Auctore Walafrido Strabo. P. L. 114, 975—1030. capp. XLIV—XLVIII. libri II. omm. Praemittuntur capitula.*

Fol. 169'—172. Passio beatissimi JANUARII, SOSII, PROCULI, EUTICETIS, ACUCII, FESTI et DESIDERII martyrum. XIIII. Kal. Novembr. *(rubr.)* Tempore quo Carus Caesar monarchiam . . . *Passio convenit (paucis ab initio et in fine exceptis) cum iis quae leguntur in Act. SS. 19. Sept. VI, 866—868. num. 2—11. et pag. 869. num. 1—4.*

Fol. 172—174. Passio sanctorum martyrum CRISPINI et CRISPINIANI. *(rubr.)* Cum sub Maximiano et Diocletiano qui simul . . . *Act. SS. 25. Oct. XI, 535—537.*

Fol. 174—178. Passio beatorum apostolorum SIMONIS CHANANAEI et JUDAE ZELOTHIS. V. Kal. Nov. *(rubr.)* Simon itaque Chananaeus et Judas Zelothis apostoli . . . *Mombritius, tom. II. paucis in cod. omissis.*

Fol. 178—180. Passio sancti QUINTINI martyris. II. Kal. Nov. *(rubr.)* Sanctum atque perfectum et gloriosum triumphum . . . *Act. SS. 31. Oct. XIII, 781—783. praemisso prologo.*

Fol. 180. De inventione corporis sancti QUINTINI martyris. VIII. Kal. Jul. *(rubr.)* Cum expleti fuissent dies passionis . . . *Act. SS. 31. Oct. XIII. 785—786. num. 14—19. lectionibus aliquot variantibus.*

Fol. 180'—181. Passio sancti CAESARII martyris. Kal. Novembr. *(rubr.)* Sanctum itaque diaconem Caesarium . . . *Act. SS. 1. Nov. I, 118.*

Fol. 181—186. Passio sancti EUSTACHII et uxoris eius et filiorum qui passi sunt sub Traiano imperatore. *(rubr.)* In diebus Traiani imperatoris daemonum praevalente fallacia . . . *Act. SS. 20. Sept. VI. 123—135. Prologus et omnia fere l. c. uncinis inclusa in codice omissa sunt.*

Fol. 186—190. Praefatio *(et)* Pauca de multis actibus sancti PIRMINII episc. *(rubr.)* Multi quidem conati sunt . . . Sanctissimi ac venerabilis viri . . . *Mone. Quellen. 1, 30—36.*

Fol. 190—194. Vita sancti LEONARDI confessoris. *(rubr.)* Beatus igitur Leonardus temporibus . . . *Mutato stilo apud Surium d. 6. Nov.*

Fol. 194—201'. Praefatio. Capitula. Vita sancti WILLIBRORDI archiepiscopi. Omelia de natale ipsius. *(rubr.)* Domino eximio . . . Fuit in Britania insula . . . Licet per totius orbis . . . *Alcuino auctore. P. L. 101, 693—714.*

Fol. 201'—203'. Passio sancti THEODORI martyris. *(rubr.)* Temporibus suis Maximinus et . . . *Mombritius, tom. II. A verbis* ad holocaustum deo acceptum . . . *usque ad verba* glorifico nomen patris *22 lineae scripturâ vacant. (fol. 203.)*

Fol. 203'—225. De vita sancti MARTINI. *(fol. 225.)*

Apologia Severi rethoris de vita sancti Martini pontificis. *(rubr. fol. 203'.)* Severus Desiderio fratri . . . *P. L. 20, 159.*

Capitula. Praefatio. *(rubr. fol. 204.)* Plerique mortalium studio . . . *P. L. 20, 159.*

Vita sancti Martini episc. III. Idus Nov. *(rubr. fol. 204'.)* Igitur Martinus Sabariae Pannoniarum oppido . . . *P. L. 20, 161—176.*

Epistola Severi ad Eusebium presbyt. postea episc. *(rubr. fol. 210'.)* Hesterna die cum ad me . . . *P. L. 20, 175—178.*

Alia eiusdem ad Aurelium diaconem. *(rubr. fol. 211.)* Posteaquam a me mane . . . *P. L. 20, 178—180.*

Epistola Severi Sulpicii ad socrum suam Basulam qualiter s. Martinus de hoc mundo recesserit. *(rubr. fol. 212.)* Si parentes . . . *P. L. 20, 181—184.*

Capitula *(et)* Liber II. dialogi Severi. *(rubr. fol. 213'.)* Quo primo igitur tempore . . . *P. L. 20, 201—212.*

Capitula *(et)* Liber tertius. *(rubr. fol. 218'.)* Lucescit o Galle, surgendum est . . . *P. L. 20, 211—222.*

Epistola de obitu sancti Martini episcopi. *(rubr. fol. 223'.)* Archadio vero et Honorio . . . *Gregorii Turonensis hist. Franc. libri I. cap. 43. P. L. 71. 184—186.*

Item alius *(versiculus)* sancti Ambrosii de transitu s. Martini. *(rubr. fol. 224.)* Eo tempore b. Ambrosius . . . Item versiculus de transitu s. Martini. *(rubr. eodem folio.)* Beatus autem Severinus . . . Item alius quando corpus eius translatum est. *(rubr. fol. 224'.)* Operae pretium est — silere nequivimus. *Greg. Turon. De miraculis s. Martini libri I. capp. 5. 4. 6. P. L. 71, 918—920.*

Fol. 225. Vita sancti BRICCII episcopi. *(rubr.)* Igitur post excessum b. Martini . . . *Greg. Turon. hist. Franc. libri II. cap. 1. P. L. 71. 188—191.*

Fol. 225'—228. Vita sancti FINDANI confessoris. *(rubr.)* Cum deus omnipotens electos suos . . . *Mone, Quellen. 1. 56—61.*

Fol. 228—231'. Prologus. Capitula. Vita sancti OTHMARI confessoris. XVII. Kal. Dec. *(rubr.)* Finitis duobus libellis . . . Igitur Othmarus genere . . . *Walafrido Strabo auctore. P. L. 114, 1031—1042.*

Fol. 231'—237. Praefatio. Capitula. Relatio Ysonis coenobitae s. Galli de sublevatione corporis sancti OTHMARI eiusque miraculis. *(rubr.)* Hucusque virtutes . . . Cum beati viri corpusculum . . . *P. L. 121. 779—796.*

Fol. 237—239'. Vita sancti ANIANI episcopi et conf. XV. Kal. Dec. *(rubr.)* Tempore illo cum Hunorum exercitus . . . *Mombritius, tom. I.*

Fol. 239'—245'. Passio sanctae CAECILIAE virginis, TYBURCII et VALERIANI martyrum. *(rubr.)* Humanas laudes et mortales . . . *Mombritius. tom. I.*

Fol. 245'—248. Passio sancti CLEMENTIS papae et martyris. VIIII. Kal. Dec. *(rubr.)* Quartus Romanae ecclesiae . . . *Mombritius, tom. I.*

Fol. 248. Passio sanctae FELICITATIS cum filiis suis VII. *(rubr.)* Temporibus Antonini imperatoris orta est . . . *Act. SS. 10. Jul. III. 12—13. paucis lectionibus variantibus.*

Fol. 248'—250'. Passio sancti CHRISOGONI martyris. VIII. Kal. Dec. *(rubr.)* Omnia quae a sanctis gesta sunt vel . . . *Mombritius. tom. I.*

Fol. 250'—251'. Passio sancti SATURNINI martyris. III. Kal. Dec. *(rubr.)* Tempore illo quo post corporeum . . . *Surius d. 29. Nov. prologus in cod. deest.*

Fol. 251'—264'. Praefatio. Capitula. Liber qui de vita atque virtutibus sancti COLUMBANI abbatis a Jona quondam praeceptore editus est. *(rubr.)* Dominis eximiis et sacri . . . Rutilantem atque eximio fulgore . . . *P. L. 87. 1011—1046.*

CODEX 3. olim signatus 1/1.

Foliorum 281, 440 : 317 mm., columnis binis exaratus saeculo XII., rubricatus et multis maioribus litteris initialibus atque figuris partim penna delineatis, partim variis coloribus pictis exornatus. Scriptum fuisse hunc codicem sub beato Frowino abbate Engelbergensi († 1178) testis est folium primum, ubi imagine repraesentatur ‚SANCTA THEOTOCOS. SANCTA MARIA‘ *librum accipiens, quem* ‚FROWINUS abbas‘ *offert his versibus:*

O genitrix Christi, pax mundi, gloria coeli,
Dono tibi librum, mihi da veniam vitiorum.

Fol. 2. occurrunt versus leonini sequentes:

Conferat iste liber, quod sis a crimine liber
O Frowin, Christi quem laudibus attribuisti.

Scriptorem codicis Richene, monachus Engelbergensis et beati Frowini abbatis amanuensis, se prodit folio 281' his versiculis:

Hic currendo bonam parit, iste loquendo coronam,
Aspera bella gerit hic, dum sibi praemia quaerit.
Huius scripturà libri bona non peritura
Richene mercatus, vivet sine fine beatus.

Librum Baruch et prologum in Ezechielem (fol. 217—221.) alia manus saec. XII. scripsit et codici adaptavit.

Biblia latina vulgatae versionis cum prologis. Tomus I., in quo libri sacrae scripturae hoc ordine exstant: *Genesis. *Exodus. *Leviticus. *Numeri. *Deuteronomium. *Josue. Judicum. Ruth. *IV Regum. *Isaias. *Jeremias. Lamentationes et oratio Jeremiae. Baruch. *Ezechiel. *Daniel. Prophetae minores.

Libros asterisco insignitos ‚Capitula‘ *praecedunt. Variis prologis et praefationibus in codice occurrentibus haec sunt initia:*

Fol. 2. Epistola sancti Jeronimi ad Paulinum presb. de omnibus divinae historiae libris. *(rubr.)* Frater Ambrosius tua mihi munuscula . . . *P. L. 22, 540—549.*

Fol. 5. Praefatio s. Jeronimi in librum Genesim. *(rubr.)* Desiderii mei desideratas . . . *P. L. 28, 147—152.*

Fol. 87. Prologus in librum Josue. *(rubr.)* Tandem finito Pentateucho . . *P. L. 28. 461—464.*

Fol. 111. Prologus s. Jeronimi presb. in librum regum. *(rubr.)* Viginti duas litteras . . . *P. L. 28. 547—558.*

Fol. 165. Prologus beati Jeronimi presb. in Esayam prophetam. *(rubr.)* Nemo cum prophetas . . . *P. L. 28, 771—774.*

Fol. 188'. Prologus b. Jeronimi presb. in Jeremiam proph. *(rubr.)* Jeremias propheta cui hic . . . *P. L. 28, 847—850.*

Fol. 221. Prologus b. Jeronimi presb. in Ezechielem proph. *(rubr.)* Ezechiel propheta cum Joachim . . . *P. L. 28, 937—940.*

Fol. 246'. Prologus b. Jeronimi presb. in Danielem proph. *(rubr.)* Danielem prophetam iuxta septuaginta . . . *P. L. 28, 1291—1294.*

Fol. 258. Prologus in librum XII prophetarum. *(rubr.)* Non idem ordo est duodecim . . . *P. L. 28, 1013—1016.*

Eodem folio. Prologus in Osee prophetam. *(rubr.)* Temporibus Oziae et Joathae . . .

Fol. 262. Prologus in Johel prophetam. *(rubr.)* Sanctus Johel apud Hebraeos post Osee ponitur . . .

Fol. 263'. Prologus in Amos prophetam. *(rubr.)* Ozias rex cum dei religionem . . . Amos propheta, pastor et rusticus . . . Hic Amos propheta non fuit . . .

Fol. 266'. Prologus in Abdiam prophetam. *(rubr.)* Jacob patriarcha fratrem habuit . . .

Fol. 267'. Prologus in Jonam prophetam. *(rubr.)* Sanctum Jonam Hebraei affirmant filium . . .

Fol. 268'. Prologus in Michaeam prophetam. *(rubr.)* Temporibus Jonathae et Achaz . . . Michaeas secundum Hebraicam veritatem sextus est . . .

Fol. 270'. Prologus in Naum prophetam. *(rubr.)* Naum prophetam ante adventum . . . Cum Jonas *(et)* Naum de eadem . . .

Fol. 272. Prologus in Abacuc prophetam. *(rubr.)* Quatuor prophetae in duodecim prophetarum . . .

Fol. 273. Prologus in Sophoniam prophetam. *(rubr.)* Tradunt Hebraei cuiuscunque prophetae . . .

Fol. 274'. Prologus in Aggaeum prophetam. *(rubr.)* Jeremias propheta ob causam periurii . . . Cum Cyrus rex Persarum . . .

Fol. 275'. Prologus in Zachariam prophetam. *(rubr.)* Anno secundo Darii regis Medorum . . . Cyrus Persarum rex qui Chaldaeorum . . .

Fol. 280. Prologus s. Jeronimi presb. in Malachiam prophetam. *(rubr.)* Deus per Moysen populo . . . Malachi interpretatur angelus meus . . .

CODEX 4. olim signatus 1/2.

Foliorum 213, 380 : 280 mm., columnis binis sub b. Frowino abbate per manus Richenes monachi. exaratus saeculo XII., quod probant versus sequentes fol. 1':

Ista tibi dona, Genitrix et virgo patrona
Frowinum dantem serves apud Omnitonantem.

et folio 213:

Littora nauta videns fit victum post mare ridens,
Sic quia perscripsit hunc librum Richene risit;
Quare dentur ei, peto, pax lux et speciei.

Praefationes in Paralip. (fol. 2. et 3.) et in Job (fol. 116.) atque integros libros Esdrae (fol. 197—213.) alia manus saeculi XII. adiecit. Codex diligenter rubricatus atque figuris et litteris initialibus decoratus est.

Biblia latina vulgatae versionis cum prologis. Tomus II., in quo exstant: Paralipomenon *I. et II. *Proverbia. *Ecclesiastes. Canticum canticorum. *Liber sapientiae. *Ecclesiasticus cum prologo et oratione Salomonis. Job. Tobias. Judith. Esther. Machabaeorum I. et II. Esdrae I. et II.

Asteriscus indicat ‚Capitula', *quae nonnullos libros praecedunt. Prologi et praefationes occurrunt sequentes:*

Fol. 2. Praefatio sancti Jeronimi presb. in libro Paralipomenon. *(rubr.)* Quomodo Graecorum historias . . . *P. L. 29, 401—404.*

Fol. 3. Item alia eiusdem ad Cromatium episc. super librum Paralipomenon. *(rubr.)* Si septuaginta interpretum . . . *P. L. 28, 1323—1328.*

Fol. 46'. Prologus s. Jeronimi presb. in Parabolas Salomonis. *(rubr.)* Jungat epistola quos . . . *P. L. 28, 1241—1244.*

Fol. 114'. Prologus s. Jeronimi presb. in librum Job. *(rubr.)* Cogor per singulos scripturae . . . *P. L. 28, 1079—1084.*

Fol. 115'. Item alius prologus. *(rubr.)* In terra quidem habitasse Job. . . . *P. L. 113. 747.*

Eodem folio. Item prologus. *(rubr.)* Si aut fiscellam iunco texerem . . . *P. L. 29, 61 et 62.*

Fol. 116. Job exemplar patientiae — spes mea in sinu meo. *S. Hieronymus in ep. ad Paulinum. P. L. 22, 545.*

Eodem folio. Quis auctor fuerit libri b. Job. *(rubr.)* Inter multos saepe quaeritur — quae hominis sunt. *S. Greg. Moral. in Job. P. L. 75. 515—518.*

Fol. 134. Prologus s. Jeronimi presb. in librum Tobiae. *(rubr.)* Mirari non desino . . . *P. L. 29, 23—26.*

Fol. 141. Prologus s. Jeronimi presb. in librum Judith. *(rubr.)* Apud Hebraeos liber Judith . . . *P. L. 29. 37—40.*

Fol. 150. Prologus s. Jeronimi presb. in librum Hester. *(rubr.)* Librum Hester variis translatoribus . . . *P. L. 28. 1433—1436. cum add. nota a. col. 1435.*

Fol. 196'. Praefatio s. Jeronimi presb. in Esdram. *(rubr.)* Utrum difficilius sit facere . . . *P. L. 28. 1401—1406.*

CODEX 5. olim signatus 1/3.

Foliorum 199. 380 : 280 mm., columnis binis exaratus saeculo XII. sub b. Frowino abbate per Richenen monachum; folio enim primo effigie repraesentantur ,FROWINUS ABBAS' *eiusque amanuensis* ,RICHENE' *his versibus adiectis:*

Cur aut unde minus habet a mercede Frowinus?
Cum scriptor scripsi, manus autem paruit ipsi.
Dum bene praecedit hic, dum catus alter obedit
Merces amborum florebit in arce polorum.

Hic codex rubricatus atque figuris et initialibus litteris exornatus constabat olim 204 foliis, sed duo in capite et ad calcem tria folia, quibus documenta saec. XII.—XIV. inscripta sunt, ante centum fere annos excidi et in cista D. archivi nostri deponi placuit, quorum ultimum (sign. D. 126) exhibet versus sequentes:

Quod vult dicendo prudens homo vel faciendo
Aptos aptorum fines videt officiorum,
Richene magnorum scribens haec scripta virorum
Institit hoc fine. Bene quod vivat sine fine
Rerum fons finis hic ei quod sit dato finis.

Biblia latina vulgatae versionis cum prologis. Tomus III., in quo hic ordo librorum: Epistolae canonicae. Apocalypsis. Actus apostolorum. Epistolae b. Pauli. Quatuor evangelia.

Epistolam ad Hebraeos sequitur fol. 98'. Epistola ad Laodicenses, *cui adposita est nota:* Haec epistola non est Pauli.

Singulos sacrae scripturae libros praecedunt prologi, praefationes vel argumenta, quorum haec sunt initia:

Fol. 1'. Praefatio s. Jeronimi presb. in canonicas epistolas. *(rubr.)* Non ita ordo est ... *P. L. 29, 821—832.*

Fol. 24. Praefatio s. Jeronimi in actus apostolorum. *(rubr.)* Lucas natione Syrus, cuius laus ...

Fol. 47'. Praefatio s. Jeronimi presb. in epistolas Pauli. *(rubr.)* Primum quaeritur, quare ... *P. L. 111, 1275—1278.*

Fol. 48'. Prologus in epistolam ad Romanos. *(rubr.)* Romani sunt qui ex Judaeis gentibusque ...

Fol. 49. Argumentum. *(rubr.)* Romani qui in urbe Roma in Christum Jhesum ...

Fol. 58. Argumentum in epistolam I. ad Corinthios. *(rubr.)* Corinthii sunt Achaici ... *P. L. 114. 519.*

Fol. 66'. Argumentum in secundam epistolam. *(rubr.)* Post actam poenitentiam ... *P. L. 114. 551.*

Fol. 72. Argumentum *(rubr.) in ep. ad Galatas.* Galathae sunt Graeci. Hi verbum veritatis ... *P. L. 114, 569.*

Fol. 75. Argumentum *(rubr.) in ep. ad Ephesios.* Ephesii sunt Asiani. Hi accepto verbo ... *P. L. 114. 587.*

Fol. 78. Argumentum *(rubr.) in ep. ad Philippenses.* Philippenses ipsi sunt Macedones ... *P. L. 114, 601.*

Fol. 80'. Argumentum *(rubr.) in ep. ad Colossenses.* Colossenses et hi sicut Laudicenses ... *P. L. 114, 609.*

Fol. 82'. Argumentum *(rubr.) in ep. I. ad Thessalonicenses.* Thessalonicenses sunt Macedones ... *P. L. 114, 615.*

Fol. 84'. Argumentum *(rubr.) in ep. II. ad Thessalonicenses.* Ad Thessalonicenses secundam scribit ... *P. L. 114, 619.*

P. L. 183, 785—1181. Hos Bernardi sermones indice locupletissimo (fol. 1'. 2. et 3.) ac notis marginalibus illustravit P. Ignatius Betschart. 1658—1681 abbas Engelbergensis. Ad calcem codicis invenitur versus:

Ecce sodes noris liber hic finitur amoris.

Fol. 3. manus saec. XIV. haec adnotavit: Iste liber spectat ad monasterium monachorum de monte angelorum et accommodatus est fratri Francisco Vicedom. lectori Lucernensi.

CODEX 33. olim signatus 3/2.

Foliorum 188, 310 : 228 mm., binis columnis exaratus saeculo XII. Praeter modestiores litteras initiales codex rubricatus etiam ‚Frowinianis' decoratus est litteris, quas tamen manus recentior coloribus spatiola implendo foedavit magis quam ornavit.

Folio 1. haec notata sunt: Iste liber impignoratus est praeposito Lucernensi pro quinque libr. Hallensium a quodam de Vnderwalden, quem bene novit Leonardus de Lůtishoffen, usque ad festum Jo. Baptistae proxime futurum ea condicione, quod idem de Vnderwalden farandiam facere pollicitus est contra omnes, qui huius mutuum seu impignorationem impugnare praesumpserint. Acta sunt haec feria tercia ante dominicam Jubilate anno LXXII° in praesentia Leonardi de Lutishoffen.

1° *Formula imprecatoria in morbos, qui vocantur.* Nessia, Nagedo, Stechedo, Troppho, Crampho, Gigihte, Paralisis. *Fol. 1.*

Edidit Bartsch. Alt- und Mittelhochdeutsches aus Engelberg. Germania VI. (XVIII.) 45 sq.

2° Sermones Pernardi *(sic)* Claraevallensis abbatis, caeterorumque patrum orthodoxorum summopere ad eruditionem proximorum collecti ex auctoritatibus veteris et novi testamenti. *Fol. 1'—188.*

Initia sermonum haec sunt:

Fol. 2. De adventu domini. *(rubr.)* Nemo vestrum dubitat, fratres carissimi, duos esse adventus . . . *P. L. 157, 1213—1214 D.*

Fol. 2'. In adventu. *(rubr.)* Dicite pusillanimis *etc.* Ante adventum domini . . . *Hildeb. P. L. 171, 343—347.*

Fol. 3'. Sermo alterius auctoris de eodem. *(rubr.)* Tuae carissime non immemor exactionis . . .

Fol. 4'. In vigilia natalis domini. *(rubr.)* De vigilia natalis domini vel pauca dicemus . . .

Fol. 5'. In nativitate domini. *(rubr.)* Sanctam ac singularem solempnitatem, nativitatem . . . *Hildeb. P. L. 171, 388—390.*

Fol. 6. Item de eodem. *(rubr.)* Apparuit benignitas *etc.* Fratres acquisierat sibi . . . *Hildeb. P. L. 171, 390—394.*

Fol. 7. Unde supra. *(rubr.)* Agamus omnes gratias omnipotenti deo, quia misit hodie redemptionem . . .

Fol. 8. De s. Stephano. *(rubr.)* Diligite inimicos *etc.* Dns ac redemptor noster fr. c. sicut venerat. *Hildeb. P. L. 171, 720—723.*

Fol. 9. De s. Johanne. *(rubr.)* Vulpes foveas *etc.* De impietate hominum fr. redemptor . . . *Hildeb. P. L. 171, 728—731.*

Fol. 10. In circumcisione. *(rubr.)* Natalis domini diem octavum hodie celebramus . . . *Ivo. P. L. 162, 571—573.*

Fol. 10'. Sermo alterius auctoris de eodem. *(rubr.)* Factus dominus de muliere, factus quoque sub lege, hodie legem . . .

Fol. 11'. In epiphania. *(rubr.)* Cum natus esset *etc.* Cum creator omnium, fratres carissimi, . . . *Hildeb. P. L. 171, 413—416.*

Fol. 12'. Unde supra. *(rubr.)* Iterum Jesus meus et iterum mysterium eius, dicit Gregorius . . .

Fol. 14'. De evangelio. *(rubr.)* Cum descendisset *etc.* Quem fr. c. Christus voluit inter homines . . . *Hildeb. P. L. 171, 416—419.*

Fol. 15'. In purificatione S. Mariae. *(rubr.)* Postquam impleti *etc.* Secundum veteris legis consuetudinem . . .

Fol. 17. Item de eodem. *(rubr.)* Ecce venit ad templum suum dominator, quem iusti quaerebant . . .

Fol. 18'. In purificatione. *(rubr.)* Adorna thalamum tuum Syon et suscipe regem Christum. Quae est ista Syon . . .

Fol. 19. In septuagesima. *(rubr.)* Veni sancte septiformis gratiae spiritus, et spiritu timoris tui . . .

Fol. 20'. Sermo de eodem. *(rubr.)* Surge qui dormis *etc.* Fratres carissimi, vos qui satis et ultra dormistis . . .

Fol. 21'. Unde supra. *(rubr.)* Excutere de pulvere *etc.* Audite fr. c. quam dulciter . . . *Hildeb. P. L. 171, 463—467.*

Fol. 23'. Sermo in sexagesima. *(rubr.)* Maxima senarii numeri perfectio commendatur . . .

Fol. 25. Sermo in quinquagesima. *(rubr.)* Si de quinquagesima aliquid tractare domino . . .

Fol. 25'. In capite ieiunii. *(rubr.)* Hodie mater ecclesia filios suos, in quibus . . . *Ivo. P. L. 162, 579—581.*

Fol. 26'. Sermo de eodem. *(rubr.)* Convertimini *etc.* Audite fr. c. infinitam et inenarrabilem misericordiam . . .

Fol. 28. Sermo in quadragesima. *(rubr.)* Quia sanctos quadragesimae dies celebraturi sumus . . .

Fol. 29'. In quadragesima. *(rubr.)* Maria soror Moysi *etc.* Fratres, ultiones veteris testamenti . . . *Hildeb. P. L. 171, 423—427.*

Fol. 31'. In quadragesima. *(rubr.)* Nolite diligere mundum *etc.* Est quidam spiritualis . . . *Hildeb. P. L. 171, 467—471.*

Fol. 33. Sermo in quadragesima. *(rubr.)* Ecce odor filii *etc.* Aggratulatur fr. nobis pater . . . *Hildeb. P. L. 171, 481—485.*

Fol. 34'. Unde supra. *(rubr.)* Audi Israel *etc.* Admonens vos fr. c. dominus per Jheremiam . . . *Hildeb. P. L. 171, 440—443.*

Fol. 36. In quadragesima. *(rubr.)* Agar cum filio ejecta est a Sara, quae Sara typum gerit . . .

Fol. 36'. Item de eodem. *(rubr.)* Legitur quod Jacob duas uxores *etc.* Figura veteris testamenti fr. novi . . . *Hildeb. P. L. 171, 888—892.*

Fol. 38'. Unde supra. *(rubr.)* Osee propheta meretricem accipere jubetur, qui . . .

Fol. 39'. In palmis. *(rubr.)* Quoniam populus Hebraeorum occurrit domino cum ramis . . .

Fol. 42. In passione domini. *(rubr.)* Dicite filiae Sion *etc.* Mandat vobis rex caelestis . . . *Hildeb. P. L. 171, 485—491.*

Fol. 44'. In coena domini. *(rubr.)* Venite filii audite me *etc.* Audite filii, quam dulci voce . . . *Hildeb. P. L. 171, 505—510.*

Fol. 46. Sermo in coena domini. *(rubr.)* Dñs Jesus in qua nocte *etc.* Imminente fr. c. passionis . . . *Hildeb. P. L. 171, 534—538.*

Fol. 48. Unde supra. *(rubr.)* Popule meus quid feci *etc.* Reduc me in memoriam . . . *Hildeb. P. L. 171, 828—833. Multis lectionibus variantibus.*

Fol. 50'. Sermo de sacerdotibus. *(rubr.)* Fecit deus duo luminaria *etc.* Sic voluit deus fr. c. . . . *P. L. 147, 233—236.*

Fol. 51'. De sacerdotibus. *(rubr.)* Labia sacerdotis *etc.* Attendite fr. c. quantum thesaurum . . . *P. L. 147, 227—230.*

Fol. 53'. In coena domini. *(rubr.)* Adest dies propitiationis divinae et salutis humanae . . .

Fol. 56. De baptismo in sabbato sancto. *(rubr.)* Venerabili patri dño Widoni *etc.* Scio te desiderare de vivo fonte . . .

Fol. 56'. Sermo de cereo. *(rubr.)* Significatio quoque cerei, qui instituente papa Zozimo in vigilia . . .

Fol. 57. Sermo de pascha. *(rubr.)* Hodie fratres victoria Christi completa est, . . . *Leo? P. L. 54, 499—500. Ivo? P. L. 162, 591—592.*

Fol. 58. Sermo in pascha. *(rubr.)* Haec est dies *etc.* Ista dies non est mundi dies, quae transitura . . .

Fol. 59. Sermo in pascha. *(rubr.)* Jam nunc de pascha et eius tempore, quod dominus dedit, curabo . . .

Fol. 59'. In letania. *(rubr.)* Coelum clausum est nec pluit annos tres et menses sex, quia nec spiritualia . . .

Fol. 60'. In ascensione domini. *(rubr.)* Hodie victoria Christi completa est; triumphato enim diabolo . . .

Fol. 61'. De ascensione domini. *(rubr.)* Completo demum quadragenario numero dierum . . .

Fol. 62. In pentecosten. *(rubr.)* Cum complerentur *etc.* Completi enim sunt hi dies, quoniam venitur . .

Fol. 64. Sermo in pentecosten. *(rubr.)* Post decem dies ascensionis suae misit dominus apostolis dona . . .

Fol. 64'. Item de eodem. *(rubr.)* Si quis diligit me *etc.* Unde psalmista, furor illis secundum similitudinem serpentis . . . *Hildeb. P. L. 171. 471—476.*

Fol. 66'. In pentecosten. *(rubr.)* Dies pentecostes sacratus in lege et evangelio — singulis prout vult. *Ivo. P. L. 162, 592—594 B.*

Fol. 67'. De sancto Petro. *(rubr.)* Tu es Petrus *etc.* Sicut illi filii Israel, qui per Moysen . . .

Fol. 69. Sermo de Apostolis. *(rubr.)* Venite et videte *etc.* Causam nobis hodiernae vocationis . . .

Fol. 70'. In assumptione sanctae Mariae. *(rubr.)* Assumpta est Maria *etc.* Sicut regina nostra . . .

Fol. 72. Unde supra. *(rubr.)* Paradisi porta per Evam cunctis clausa est et per Mariam . . .

Fol. 73. In assumptione. *(rubr.)* Ab initio et ante *etc.* Quam summa sit, venerabiles fratres, sollempnitas . . .

Fol. 74. Sermo alterius auctoris de eodem. *(rubr.)* Juxta legis praeceptum virga Aaron posita . . .

Fol. 74'. De poenitentia. *(rubr.)* Poenitentiam agite *etc.* Fratres carissimi, evangelicae tuba lectionis auribus . . .

Fol. 75. Sermo de eleemosyna. *(rubr.)* Quanti meriti sit eleemosynam facere ex sententia domini . ...

Fol. 75'. De confessione. *(rubr.)* Populus dei et oves pascuae *etc.* Duas esse materias confessionis . . .

Fol. 76'. Sermo de pascha. *(rubr.)* Cum ceterae festivitates in recordatione rerum gestarum . . . *Ivo. P. L. 162, 589—591.*

Fol. 77. De sacerdotibus. *(rubr.)* Labia sacerdotis *etc.* Licet fr. istud propheticum in capite nostro . . .

Fol. 78. Sermo de sacerdotibus. *(rubr.)* Adhuc inquit dominus sedere *etc.* Tabernacula ista ecclesia est . . .

Fol. 79. Sermo de praelatis. *(rubr.)* Duas Moyses tubas de argento constituit, ut ad earum clangore . . .

Fol. 79'. De cruce Christi et diaboli. *(rubr.)* Scire deum summa scientia et haec est illa beatitudo . . .

Fol. 80'. De abrenuntiatione saeculi. *(rubr.)* Qui de saeculo exeunt, in via dei esse incipiunt . . .

Fol. 81. Sermo de sponso et sponsa. *(rubr.)* Filius summi regis uxorem habet *(lege: habere)* volens misit servos suos . . .

Fol. 81'. De figura sacrificiorum. *(rubr.)* Clerici qui religionem professi, in communi vita morantur . . .

Fol. 82. De reparatione hominis. *(rubr.)* Primus homo peccando deum deseruit; peccavit autem . . .

Fol. 83. De septem filiabus sacerdotis. *(rubr.)* Interempto Aegyptio Moyses Pharaonem timuit . . .

Fol. 84. Sermo de septem vocibus. *(rubr.)* Sacerdos et filia ejus sub lege de oblationibus vescebantur . . .

Fol. 85'. De activa vita. *(rubr.)* Omnes qui de hoc mundo ad Christum transire desiderant . . .

Fol. 86'. De tribus locis et vocibus. *(rubr.)* Tria sunt loca in quibus deus tribus vocibus et tribus instrumentis . . .

Fol. 87'. De simoniacis. *(rubr.)* Locutus est dominus . . . qui fuerit leprosus *etc.* Removeat dominus fr. c. ne nos . . . *Hildeb. P. L. 171, 783—786. Multae lectiones variant.*

Fol. 88'. De evangelio. *(rubr.)* Homo quidam peregre *etc.* Homo iste noster redemptor . . . *Hildeb. P. L. 171, 779—783. Plurimis lectionibus variantibus.*

Fol. 90. Sermo de fide. *(rubr.)* Haec est voluntas *etc.* Breve capitulum et grande beneficium . . .

Fol. 92. In passione domini. *(rubr.)* Dominus noster J. Chr. ut sanctificaret *etc.* Satis fr. audistis ordinem . . . *Hildeb. P. L. 171, 547—551. Circa finem lectiones variant.*

Fol. 93'. De psychomachya. *(rubr.)* Scitote fr. c. quia vetus homo *etc.* Laetum nuntium affert nobis . . . *Hildeb. P. L. 171, 841—845.*

Fol. 96. De contemptu mundi. *(rubr.)* Nemo mittit vinum *etc.* Benignitas domini fr. nostrae . . . *Hildeb. P. L. 171, 908—912.*

Fol. 98. De refectione dominica. *(rubr.)* Venite ad me *etc.* Audite fr. quantum affectum . . . *Hildeb. P. L. 171, 821—822.*

Fol. 98'. De regno dei et diaboli. *(rubr.)* Exite popule meus de Babylonia *etc.* Sunt fr. c. duo regna . . . *Hildeb. P. L. 171, 864—867.*

Fol. 100. Sermo de decimis. *(rubr.)* Filii hominum usquequo *etc.* Fratres carissimi si filii dei estis, audite . . .

Fol. 102. De episcoporum elatione. *(rubr.)* Diabolus despectis angelorum legionibus secum socialiter . . .

Fol. 103. De comminatione domini. *(rubr.)* Audite verbum *etc.* Osee propheta fr. cum deum iratum . . .

Fol. 104. Sermo de ordinibus. *(rubr.)* Deus judicium *etc.* Omnis potestas a deo data est, quae autem . . .

Fol. 106. De veris divitiis. *(rubr.)* Scitis, ut ait apostolus, fr. c. gratiam d. n. J. Chr. quoniam . . .

Fol. 107. Sermo de sacerdotibus. *(rubr.)* Vae pastoribus *etc.* Audite fr. super vos sententiam terribilem . . . *P. L. 147, 223—225. Multis lectionibus variantibus.*

Fol. 108. In dedicatione. *(rubr.)* Et vidi caelum *etc.* Exterminatis illis qui corruperunt terram . . .

Fol. 109'. Sermo in dedicatione. *(rubr.)* Et templum non vidi *etc.* Magnifica spem nostram quae in hac . . .

Fol. 113. De dedicatione. *(rubr.)* Fundamenta ejus *etc.* Gloriosam fr. c. civitatem ab initio mundi . . . *Hildeb. P. L. 171, 733—736.*

Fol. 114'. De eodem. *(rubr.)* Salomon aedificavit *etc.* Omnes fr. antiquae legis observationes . . . *Hildeb. P. L. 171, 748—750. Circa finem lectiones variant.*

Fol. 116. Unde supra. *(rubr.)* Inquit apostolus, Christus dilexit *etc.* Audite fr. apostolum . . . *Hildeb. P. L. 171, 736—739.*

Fol. 117. De dedicatione *(rubr.)* Facta sunt encoenia *etc.* Fratres carissimi, Salomon templum in Jerusalem . . . *Hildeb. P. L. 171, 731—733. In codice multo prolixior.*

Fol. 118'. De praelatis. *(rubr.)* Deus stetit in *etc.* Fratres carissimi, d. n. J. Chr. deus ante saecula, homo . . .

Fol. 120'. De pastoribus. *(rubr.)* Super muros tuos *etc.* Jerusalem, fr. c. super muros cuius dominus . . .

Fol. 121'. De requisitione ovium. *(rubr.)* Ecce ego *[super]* pastores requiram *etc.* Quam grave sit magisterii pondus . . .

Fol. 122. De tribus verbis. *(rubr.)* Sicut ex libro s. Ezechielis prophetae habemus omnium sanctarum . . .

Fol. 122'. De correptione bonorum et malorum. *(rubr.)* Per multas tribulationes, fr. c. sicut dicit apostolus . . .

Fol. 123'. De divitibus. *(rubr.)* Verba domini sunt, quod facilius est per foramen acus camelum . . .

Fol. 124. Sermo de s. Stephano protomartyre. *(rubr.)* Quoniam fr. c. ad aeterni regis curiam . . .

Fol. 125. Sermo de tribus ordinibus. *(rubr.)* De cunctis hominum generibus fr. c. tres tantum . . .

Fol. 125'. Sermo de pascha. *(rubr.)* Paulus apostolus ait: Pascha nostrum *etc.* Si igitur pascha Christus . . . *Hildeb. P. L. 171, 564—567.*

Fol. 127. In tempore rogationum. *(rubr.)* Divina scriptura fr. c. nos aliquando ad lacrimas . . . *Hildeb. P. L. 171, 572—574.*

Fol. 128'. De mysterio crucis. *(rubr.)* Verbum crucis *etc.* Fratres carissimi, quia ex dei gratia fidelibus . . . *Hildeb. P. L. 171, 683—685.*

Fol. 129'. In diebus rogationum. *(rubr.)* Quis vestrum habebit *etc.* Quia dies rogationum aliquid . . . *Hildeb. P. L. 171, 574—577. Plurimis lectionibus variantibus.*

Fol. 131. Sermo de eodem. *(rubr.)* Confitemini alterutrum *etc.* Cum omni tempore poenitentiae sacramentum . . . *Hildeb. P. L. 171, 577—580. Plurimis lectionibus variantibus.*

Fol. 132. In ascensione. *(rubr.)* Elevatus est sol *etc.* Ascensionis domini fr. c. iocunda . . . *Hildeb. P. L. 171, 580—583.*

Fol. 133. De s. Johanne Baptista. *(rubr.)* Ubi venit plenitudo *etc.* Fratres carissimi, sapientia patris humanum genus . . . *Hildeb. P. L. 171, 656—658. Multis lectionibus variantibns.*

Fol. 133'. Sermo in assumptione s. Mariae. *(rubr.)* Intravit Jesus *etc.* In scriptura sacra res una . . .

Fol. 135'. De concordia fratrum. *(rubr.)* Ecce quam bonum *etc.* Congratulatur dilectissimi David . . . *Hildeb. P. L. 171, 873—877.*

Fol. 137'. De caritate. *(rubr.)* Induite vos *etc.* Exercitus magni regis estis, estote castrorum . . .

Fol. 138'. De figuris sacerdotii. *(rubr.)* Locutus est dominus *etc.* Fratres carissimi, haec omnia quae in veteri . . . *P. L. 147, 225—227. Multis lectionibus variantibus.*

Fol. 139'. Sermo de pontificibus. *(rubr.)* Montes Israel *etc.* Adtendite fr. quod spiritus sanctus . . .

Fol. 141. Sermo de scala. *(rubr.)* Quis ascendet *etc.* Ascendit quidem semel Christus corporaliter . . .

Fol. 141'. De evangelio. *(rubr.)* Designavit dominus *etc.* Elegit frs. in primitiva ecclesia . . . *Initium apud Hildeb. P. L. 171, 926.*

Fol. 142'. In annuntiatione s. Mariae. *(rubr.)* Missus est *etc.* Quid sibi vult evangelista tot. . . . *Bernard. P. L. 183, 55—61.*

Fol. 145'. De custodibus. *(rubr.)* Quaesivi dilectum *etc.* Fratres carissimi, qui vestigia ecclesiae . . . *Hildeb. P. L. 171, 897—901. Plurimis lectionibus variantibus.*

Fol. 147'. De monialibus. *(rubr.)* Omnis gloria *etc.* In hoc versu prophetico filiae . . . *Hildeb. P. L. 171. 901—905. Multae lectiones variant.*

Fol. 149. De mystica egressione Abraham. *(rubr.)* Egredere *etc.* Exit de terra, qui de vitiis ad virtutes . . .

Eodem folio. De ereptione pueri. *(rubr.)* Rex quidam dives et praepotens i. e. deus, quo nil ditius . . .

Fol. 151'. De potestatibus. *(rubr.)* Sicut ait apostolus Paulus: Non est potestas *etc.* Audite frs. apostolum clamantem . . . *Hildeb. P. L. 171, 792—796. Multis lectionibus variantibus.*

Fol. 153. De consecratione basilicarum. *(rubr.)* Quoniam ad dedicationem praesentis basilicae . . . *Ivo. P. L. 162, 527—535.*

Fol. 157'. Sermo de sacram. baptismi. *(rubr.)* Quoniam populus ad fidem vocatus — ad arbores et fontes etc. in hunc modum. *Ivo. P. L. 162, 505—512. C.*

Fol. 161. De mysterio singulorum ordinum. *(rubr.)* Quia militiam Christi in baptismate . . . *Ivo. P. L. 162, 513—519.*

Fol. 164. Sermo de indumentis ministrorum dei. *(rubr.)* Quia sanctitas mysterii sanctitatem expetit . . . *Ivo. P. L. 162. 519—527.*

Fol. 167'. De humilitate. *(rubr.)* Humiliatus sum *etc.* Beatus qui gloriatur humilitate magis quam potestate . . .

Fol. 168. De rynocerote. *(rubr.)* Beato Job sanctae ecclesiae typum tenenti dicitur: Numquid valet . . .

Fol. 169. De quatuor evangelistis. *(rubr.)* Similitudo vultus *etc.* Quod per quatuor pennata . . .

Fol. 170. De hospitalitate. *(rubr.)* Dixit dominus J.: Quando misi vos *etc.* Non enim frs. eadem regula . . .

Eodem folio. De reparatione hominis. *(rubr.)* Corruptum peccatis originalibus et actualibus . . . *August.? P. L. 39, 2200—2204. Ivo? P. L. 162, 562—566.*

Fol. 172'. De pugna animae. *(rubr.)* Simile est regnum coelorum homini regi *etc.* Cumque dies instaret nuptiarum . .

Fol. 174. De dominica oratione. *(rubr.)* Duo sunt, carissimi, quae principaliter attendere . . . *August.? P. L. 39, 1866—1870.*

Fol. 176'. De symbolo. *(rubr.)* Notum dilectioni vestrae, quod milites saeculi beneficia ... *Ivo. P. L. 162, 604—607.*

Fol. 178. De passione domini. *(rubr.)* David futura spiritu praevidens, liberavit *etc.* Non omnium est ... *Hildeb. P. L. 171, 947—950.*

Fol. 180. De liberatione filii David. *(rubr.)* Inter Jerusalem et Babyloniam ordinatae ... *Bernard. P. L. 183, 765—767.*

Fol. 181. De nuptiis. *(rubr.)* Audivimus ex parabola evangelica quendam patrem familias ... *Ivo. P. L. 162, 607—610.*

Fol. 182. De sacerdotibus. *(rubr.)* Posuit Moyses *etc.* Labrum aeneum seu quoddam vas ... *Hildeb. P. L. 171, 776—779.*

Fol. 183. De ignitis serpentibus. *(rubr.)* Et haec quidem moraliter succincte sunt dicta ...

Eodem folio. Quod serpens aeneus Christum significet. *(rubr.)* Igitur contra horum serpentium laesiones factus est ...

Fol. 183'. Quod quaedam translative dicuntur de Christo. *(rubr.)* Nomen denique serpentis pro similitudine non ...

Fol. 184. De virga Moysi. *(rubr.)* Ideo Moysi dicitur: Proice virgam in terram, quae proiecta ...

Eodem folio. Quid sit quod virga devoravit virgam. *(rubr.)* De cuius figura non est silendum, quod ...

Fol. 184'. Cur verbum sit incarnatum. *(rubr.)* Oportebat enim, ut eodem verbo quo creatus ...

Fol. 185. Cur sit aeneus serpens. *(rubr.)* Hinc est enim quod ille serpens aeneus erat, quod genus metalli ...

Eodem folio. Quod Christus sit homo et non homo. *(rubr.)* Porro nec mirum si non est dedignatus se vocare ...

Fol. 185'. Sermo ad vincula s. Petri. *(rubr.)* Sollempnem huius diei festi observantiam ...

CODEX 34. olim signatus 3/7.

Foliorum 184, 288 : 216 mm., columnis binis exaratus variis manibus saeculo XII. Bene rubricatus, sed litterae initiales haud magni sunt momenti.

Sermones piae memoriae beati Bernardi Claraevallensis abbatis. Hos sermones pius pater Bernardus locutus est suis alumpnis, sed eius notarius Godefridus suo stilo studuit propagare.

Haec sunt initia:

Fol. 1'. Hodie frs. celebramus adventus initium. cuius ... *P. L. 183, 35—40.*

Fol. 4'. In adventu domini. *(rubr.)* In adventu domini, quem hodie celebramus ... *P. L. 183, 43—47.*

Fol. 7. Sermo in ieiuniis quatuor temporum ante natale domini. *(rubr.)* Audivimus suadentem regi Achaz Isaiam ... *P. L. 183, 40—43.*

Fol. 8. Sermo in vigilia s. Andreae apost. *(rubr.)* Sanctorum festa praecipua patrum sanxit ... *P. L. 183, 501—504.*

Fol. 9'. In festivitate s. Andreae apost. *(rubr.)* Hodie celebrantes gloriosum beati Andreae ... *P. L. 183, 503—509.*

Fol. 12'. Sermo de nativitate domini. *(rubr.)* Agnoscite, dilectissimi, quanta sit hodierna ... *P. L. 183, 126—127.*

Fol. 13. Sermo de nativitate domini. *(rubr.)* Sonuit vox laetitiae in terra nostra, vox exultationis ... *P. L. 183, 87—90.*

Fol. 15. Item sermo de natal. dom. *(rubr.)* Magna opera domini ait propheta David. Magna ... *P. L. 183, 119—122.*

Fol. 16'. Sermo in purificatione b. Mariae. *(rubr.)* Purificationem beatae Mariae virginis hodie celebramus ... *P. L. 183, 369—372.*

Fol. 17'. Sermo de quadragesima. *(rubr.)* Rogo vos, dilectissimi, tota devotione suscipite ... *P. L. 183, 173—176.*

Fol. 18'. Item sermo in quadragesima. *(rubr.)* Quia ieiunii quadragesimalis tempus advenit ... *P. L. 183, 176—178.*

Fol. 19'. Sermo in annuntiatione b. Mariae. *(rubr.)* Considerate frs. in solemnitate hodierna dominicae ... *P. L. 183, 390—392.*

Fol. 21. Sermo de cogitationibus luteis, limosis et obscoenis. *(rubr.)* Admonet nos beatus Benedictus, frs., sollicitos ... *P. L. 183, 623—624.*

Fol. 22. De quatuor generibus orandi. *(rubr.)* Quatuor mihi videntur orandi modos exprimere ... *P. L. 183, 605—609.*

Fol. 24. De septem misericordiis. *(rubr.)* Misericordias domini *etc.* Quid enim mihi insipiens ... *P. L. 183, 339—341.*

Fol. 25. Unde supra septem panum fragmenta recolligens. *(rubr.)* Scitis quid fecerim vobis septem hodie mensas ... *P. L. 183, 341—344.*

Fol. 27. Sermo in fest. omnium Sanctorum. *(rubr.)* Festivitas Sanctorum omnium hodie celebratur ... *P. L. 183, 453—462.*

Fol. 32. Item de eadem solempnitate. *(rubr.)* Video vos cum multa aviditate ad audiendum ...

Fol. 36. Sermo in dedicatione templi. *(rubr.)* Festivitas hodierna, frs., tanto nobis debet esse ... *P. L. 183, 517—526.*

Fol. 40. De diversis affectionibus animae et diversis nominibus secundum eas. *(rubr.)* Quod diversis nominibus deum, nunc quidem ... *P. L. 183, 561—565.*

Fol. 42'. De verbis apostoli: Invisibilia dei *etc.* *(rubr.)* Invisibilia dei, apostolo teste, a creatura mundi ... *P. L. 183, 565—567.*

Fol. 43'. De vita et quinque sensibus animae. *(rubr.)* Magna est, dico vobis, carissimi, et nimium ... *P. L. 183, 567—569.*

Fol. 44'. Contra pessimum vitium ingratitudinis. *(rubr.)* Magna est super nos, dilectissimi, magna valde misericordia... *P. L. 183. 612—616.*

Fol. 47. De verbis prophetae: Super custodiam *etc.* *(rubr.)* Praedicante aliquando salvatore et sub mysterio ... *P. L. 183, 554—556.* *Multis lectionibus variantibus.*

Fol. 48'. De David et Golia et quinque lapidibus. *(rubr.)* Audivimus ex libro regum Goliam, virum ... *P. L. 183, 333—338.*

Fol. 50. Ad abbates venientes ad capitulum. *(rubr.)* Hoc mare magnum, in quo utique certum est ... *P. L. 183, 634—637.*

Fol. 52. De verbis apostoli: Scimus quoniam diligentibus *etc.* *(rubr.)* Pauperes quidem videmur et sumus, tamen... *P. L. 183, 644—645.*

Fol. 52'. In labore messium. *(rubr.)* Labor iste, frs. exilii et paupertatis nostrae ... *P. L. 183, 645—647.*

Fol. 53'. De altitudine et bassitudine cordis. *(rubr.)* De eo quod nuperrime dictum est, sursum alios ... *P. L. 183, 637—639.*

Fol. 54'. De triplici modo orationis. *(rubr.)* Caritas, qua pro vobis sollicitus sum, frs. ... *P. L. 183. 178—181.*

Fol. 56'. De carne et cute et ossibus animarum. *(rubr.)* Beatus David in psalmo tricesimo tertio ... *P. L. 183, 556—558.*

Fol. 57'. De eo quod scriptum est: Mel invenisti *etc.* *(rubr.)* Potest non incongrue hoc loco ... *P. L. 183. 700—701.*

Eodem folio. De triplici gloria. *(rubr.)* Qui gloriatur *etc.* Noverat apostolus gloriam ... *P. L. 183, 558—561.*

Fol. 59. Quomodo sapientia vincit malitiam. *(rubr.)* Sapientia vincit malitiam, Christus diabolum ... *P. L. 183, 574—577.*

Fol. 59'. De eo quod scriptum est: Sive ad austrum *etc.* *(rubr.)* Austri calor et lenitas ... *P. L. 183, 702.*

Fol. 60. De ratione et voluntate pro corpore litigantibus. *(rubr.)* Disponit ratio castigare corpus in poenitentia ...

Fol. 60'. De laqueo venantium. *(rubr.)* Laqueus venantium, teste apostolo, divitiae ...

Eodem folio. De his qui peccant in spe confessionis extremae. *(rubr.)* Multiplicatae sunt *etc.* Ut quid dissimulant ... *P. L. 183. 696.*

Fol. 61. De eo quod scriptum est: De stercoribus boum *etc.* *(rubr.)* Boves sunt qui in opere dei strenue exercentur ... *P. L. 183. 749. 7.*

Eodem folio. De exercitio humilitatis. *(rubr.)* Ad exercitium humilitatis quinque prodesse possunt ...

Fol. 61'. De eo quod scriptum est: Hi sequuntur. *(rubr.)* Hi sequuntur agnum quocunque ierit, qui sequuntur . . .

Eodem folio. De versu psalmi: Dixit insipiens in corde suo *etc. (rubr.)* Deus licet unus sit . . . *P. L. 183, 695.*

Eodem folio. De triplici mandato caritatis. *(rubr.)* Nolite diligere *etc.* Quid ergo? Numquid aliqua sunt . . . *P. L. 183, 620—622.*

Fol. 63. De eo quod scriptum est: Omnia in pondere *etc. (rubr.)* Ad differentiam ipsius divinae . . . *P. L. 183, 702—703.*

Fol. 63'. De versu psalmi: Qui habitat *etc. (rubr.)* Considero laborem vestrum, frs. non sine multo . . . *P. L. 183, 185—189.*

Fol. 65. De secundo versu. Dicet domino: Susceptor meus es *etc. (rubr.)* Dicet in gratiarum actione . . . *P. L. 183, 189—190.*

Fol. 66. De tertio versu: Quoniam ipse *etc. (rubr.)* Ego utique, frs. in hoc verbo . . . *P. L. 183, 190—193.*

Fol. 67'. De quarto versu: Scapulis suis *etc. (rubr.)* Confitenti humiliter et devote . . . *P. L. 183, 193—195.*

Fol. 68'. De prima parte versus quinti: Scuto circumdabit *etc. (rubr.)* Vigilate et orate *etc.* Et quis hoc dixerit . . . *P. L. 183, 195—197.*

Fol. 69. De nocturno timore. *(rubr.)* Solet in divinis scripturis adversitas designari . . . *P. L. 183, 197—200.*

Fol. 71. De septimo versu psalmi: Qui habitat *etc. (rubr.)* In spe vivimus, frs. nec deficiamus in tribulatione . . . *P. L. 183, 200—209.*

Fol. 76. De octavo versu eiusdem psalmi. *(rubr.)* Brevius quidem vobis aliquando, dilectissimi, loqueremur . . . *P. L. 183, 210—216.*

Fol. 80. De nono versu ejusdem psalmi. *(rubr.)* Etiam hodie, frs. aliquid audiamus de promissione . . . *P. L. 183, 216—221.*

Fol. 82'. De decimo versu ejusdem psalmi. *(rubr.)* Nec nostra est nec nova vobis, sed nota omnino . . . *P. L. 183, 221—224.*

Fol. 84'. De eo quod scriptum est: Fili memorare *etc. (rubr.)* Recole primordia, attende media . . . *P. L. 183, 571—573.*

Fol. 86. De tribus misericordiis et quatuor miserationibus. *(rubr.)* Miserere mei deus *etc.* Sicut sunt peccata minima . . . *P. L. 183, 573—574.*

Fol. 86'. De lectione evangelica: Maria Magdalena *etc. (rubr.)* Accepimus ab apostolo, habitare Christum . . . *P. L. 183, 283—288.*

Fol. 89'. Quomodo voluntas nostra voluntati divinae *etc. (rubr.)* Audistis, frs. modo in regula lectionem . . . *P. L. 183, 609—612.*

Fol. 90'. Quod quatuor sint, quae debemus solvere deo. *(rubr.)* In via estis, frs. quae ducit ad vitam, in via . . . *P. L. 183, 595—600.*

Fol. 93. De eo quod scriptum est: Immisit dominus soporem *etc. (rubr.)* Immisit et in seipsum . . . *P. L. 183, 166—168.*

Fol. 94. De eo quod scriptum est: Justum deduxit *etc. (rubr.)* Est justus qui in principio . . . *P. L. 183, 594—595.*

Fol. 95. De tribus quibus reconciliari debemus. *(rubr.)* Tres sunt quibus reconciliari debemus: homines . . . *P. L. 183, 732. 17.*

Eodem folio. De quatuor generibus hominum possidentium regnum dei. *(rubr.)* Quatuor sunt genera hominum regnum . . . *P. L. 183, 726.*

Fol. 95'. De quatuor quae conferunt veram humilitatem. *(rubr.)* Quatuor sunt quae conferunt veram humilitatem . . .

Eodem folio. De tribus iudiciis et de tribus partibus custodiendis. *(rubr.)* Sic nos existimet homo *etc.* Minister Christi sic debet . . . *P. L. 183, 624—626.*

Fol. 96'. De forma pastoris et forma gregis. *(rubr.)* Quantum distat inter pastorem et gregem, tantum . . . *P. L. 183, 726—727.*

Eodem folio. De triplici misericordia dei et quatuor miserationibus. *(rubr.)* Miserere mei deus *etc.* Triplex est divina misericordia . . .

Fol. 97. De tribus osculis. *(rubr.)* Osculetur me *etc.* Tria sunt oscula. Primum pedum . . . *P. L. 183, 703—706.*

Fol. 98'. De quatuor modis quibus operatur deus in nobis. *(rubr.)* Sicut de Christo duo sunt, unum nobis . . . *P. L. 183, 706—707.*

Fol. 99. De quatuor modis dilectionis. *(rubr.)* Duo sunt amores, carnalis et spiritualis, ex quibus . . . *P. L. 183, 727.*

Eodem folio. De tribus panibus. *(rubr.)* Veniens ad nos de via noster amicus, i. e. quilibet . . . *P. L. 183, 682—683.*

Fol. 99'. De triplici pace et quadro lapide. *(rubr.)* Factus est in pace locus ejus. Est pax ficta, ut in Juda . . . *P. L. 183, 725—726.*

Fol. 100. De triplici morte Sanctorum. *(rubr.)* Pretiosam in conspectu domini mortem sanctorum eius facit . . . *P. L. 183, 686—687.*

Eodem folio. De trinitate hominis *etc.* *(rubr.)* Beata illa et sempiterna trinitas, pater et filius . . . *P. L. 183, 667—669.*

Fol. 101'. De triplici casu hominis et triplici reditu eius. *(rubr.)* Est ad deum quidam redeundi modus . . . *P. L. 183, 727—728.*

Fol. 102. De quatuor fontibus salvatoris. *(rubr.)* Haurietis aquas *etc.* Pro paradiso quem perdidimus . . . *P. L. 183, 719—723.*

Fol. 104. De septem donis spiritus sancti et evangelicis beatitudinibus. *(rubr.)* Prima gratia est timor dei . . . *P. L. 184, 1113—1118.*

Fol. 105'. De osculo spiritus sancti. *(rubr.)* Osculetur me osculo *etc.* Os patris intelligitur filius . . . *P. L. 183, 707.*

Fol. 106. De tribus osculis. *(rubr.)* Osculetur me osculo *etc.* Tria sunt oscula . . . *P. L. 183, 749. 8.*

Eodem folio. De duobus uberibus sponsae et tribus unguentis. *(rubr.)* Duo sunt ubera sponsae, congratulatio . . . *P. L. 183, 749. 9.*

Fol. 106'. De duobus pedibus domini et tribus unguentis. *(rubr.)* Duo sunt pedes dei, misericordia et iudicium . . . *P. L. 183, 708—710.*

Fol. 108. De quatuor profectibus electorum. *(rubr.)* Quatuor gradibus distinguitur omnis electorum . . . *P. L. 183, 728—730.*

Fol. 109. De tribus locis et tribus testimoniis. *(rubr.)* Tria loca sunt *etc.* Tres sunt qui testimonium . . . *P. L. 183, 747. 1.*

Eodem folio. De septem donis spiritus sancti quomodo expugnant septem vitia. *(rubr.)* Septem vitia sunt quae septem dona . . .

Eodem folio. De cantico Ezechiae: Ego dixi *etc.* *(rubr.)* Viri sanguinum et dolosi non dimidiabunt . . . *P. L. 183, 546—551.*

Fol. 112. Erant ibi positae *etc.* Intelligamus has sex hydrias . . . *P. L. 183, 677—680.*

Fol. 114. De primo psalmo: Beatus vir *etc.* *(rubr.)* Pii sunt qui in deum credunt . . . *P. L. 183, 692—695.*

Fol. 115'. De versu psalmi: Corrupti sunt *etc.* *(rubr.)* Habet anima corruptionem . . . *P. L. 183, 695—696.*

Eodem folio. De pessima morte malorum *etc.* *(rubr.)* Mors peccatorum pessima. Mala in amissione . . . *P. L. 183, 749. 6.*

Fol. 116. De eo quod scriptum est: Revertere *etc.* *(rubr.)* Revertere primo ab inepta laetitia . . . *P. L. 183, 749. 10.*

Eodem folio. Emissiones tuae paradisus. Vox illius coelestis . . . *P. L. 183, 710—714.*

Fol. 118. Nemo ascendit *etc.* Dominus et salvator noster J. Chr. volens . . . *P. L. 183, 683—685.*

Fol. 119. Populus quem non *etc.* Non esset magnae . . . *P. L. 183, 697—698.*

Fol. 119'. Veni in hortum *etc.* Alibi dicitur: Introduxit . . . *P. L. 183, 714—715.*

Fol. 120. Qui mihi ministrat *etc.* Quidam sunt qui non . . . *P. L. 183, 685—686.*

Fol. 120'. Quatuor sunt quae impediunt confessionem . . . *P. L. 183, 730—731.*

Fol. 121. Duo sunt in quibus consistit nostra salus . . . *P. L. 183, 731—732.*

Fol. 121'. Ecce vicit *etc.* Septem signacula sunt temporalis . . . *P. L. 183, 680—681.*

Eodem folio. Quid est autem quod post mortem ejus . . . *P. L. 183, 681—682.*

Fol. 122. Quis ascendet *etc.* Ascendit quidem semel . . . *P. L. 183, 685.*

Fol. 122'. De spiritu sancto testatur scriptura, quia . . . *P. L. 183, 748. 2.*

Eodem folio. Intravit Jesus *etc.* Quod dominus ac salvator . . . *P. L. 184, 1001—1010.*

Fol. 126'. Ave Maria gratia plena. Bene plena, quia . . . *P. L. 183, 670—671.*

Fol. 127. Pastorum est vigilare supra gregem ad tria necessaria . . . *P. L. 183, 750. 11.*

Eodem folio. Qui vult venire post me, per me, ad me . . . *P. L. 183, 686.*

Eodem folio. Intravit Jhesus *etc.* Castellum ubi Jhesus . . . *P. L. 183, 671.*

Fol. 127'. Sapientia vincit *etc.* A summo coelo fortiter . . .

Eodem folio. Dies diei eructat *etc.* Dies diei, angelus virgini . . . *P. L. 183, 671—672.*

Fol. 128. Egredimini filiae Syon *etc.* Non dicit ecclesiastem . . . *P. L. 183, 672—673.*

Fol. 129. Ecce quam bonum *etc.* Est unitas naturalis . . . *P. L. 183, 698—699.*

Eodem folio. Pretiosa in conspectu *etc.* Tria sunt quae . . . *P. L. 183, 687. (Serm. LXIV. 2.)*

Fol. 129'. Omni custodia *etc.* Duobus autem modis vita . . . *P. L. 183, 699—700.*

Fol. 130. Duas ad intelligendum se condidit universitatis auctor . . . *P. L. 183, 750. 12.*

Eodem folio. Duo loca sunt animae rationalis: inferior . . . *P. L. 183, 701—702.*

Fol. 130'. Tres sunt status animae: in corpore, posito . . . *P. L. 183, 732—733.*

Fol. 131. Sicut portavimus *etc.* Duo homines sunt, vetus . . . *P. L. 183, 690—691.*

Eodem folio. Scuto circumdabit *etc.* Contra omnia iacula temptatoris . . .

Fol. 132. Triplici morbo laborat genus humanum, principio . . .

Eodem folio. Sicut aeger ad medicum, sic debet esse . . . *P. L. 183, 733—734.*

Fol. 132'. Eodem ordine quo processit culpa, subsecuta . . . *P. L. 183, 688—689.*

Fol. 133'. Et vocabitur *etc.* Admirabilis est in nativitate . . . *P. L. 183, 676—677.*

Fol. 134. Quid est quod dicimus b. Mariam purificari . . . *P. L. 183, 673—674.*

Eodem folio. Sapientia aedificavit *etc.* Cum multis modis . . . *P. L. 183, 674—676.*

Fol. 135. De duplici baptismo. *(rubr.)* Scitis frs. firmissime enim tenetis catholicam . . . *P. L. 183, 569—571.*

Fol. 135'. De eo quod scriptum est: In sex tribulationibus *etc. (rubr.)* Dignum valde est et omnino exigit ratio . . . *P. L. 183, 616—620.*

Fol. 137'. Sermo in adventu domini. *(rubr.)* Nolo vos, frs. non ignorare tempus visitationis . . . *P. L. 183, 52—54.*

Fol. 139. De triplici utilitate adventus domini. *(rubr.)* Si devote celebramus adventum domini, id . . . *P. L. 183, 54—56.*

Fol. 139'. Sermo in vigilia natalis dñi de vitiis et gloria. *(rubr.)* Hodiernum quidem sermonem ordinis nostri . . . *P. L. 183, 100—105.*

Fol. 142. In natali domini de fontibus salvatoris. *(rubr.)* Grandis quidem est, dilectissimi, hodierna . . . *P. L. 183, 115—119.*

Fol. 144. Sermo in epiphania domini de evangelica lectione. *(rubr.)* Necessarium nobis videtur, frs. secundum . . . *P. L. 183, 149—152.*

Fol. 146. Sermo de mutatione aquae in vinum. *(rubr.)* In operibus domini, frs. et minus capaces . . . *P. L. 183, 157—162. (tom. 182.)*

Fol. 148. Sermo in septuagesima. *(rubr.)* Magna mihi consolatio est, frs. mei, in verbo . . . *P. L. 182, 161 et 162; 183, 163—166.*

Fol. 149'. In nativitate B. M. V. de aquaeductu. *(rubr.)* Fecundae virginitatis amplectitur coelum . . . *P. L. 183, 437—448.*

Fol. 154'. De murmure. *(rubr.)* Ante omnia ut sine murmuratione sint fratres . . . *P. L. 183, 751. 16.*

Eodem folio. De consideratione sui. *(rubr.)* Spectaculum facti *etc.* Ita plane et malis . . . *P. L. 183, 691.*

Eodem folio. Sermo in dedicatione ecclesiae, de triplici mansione. *(rubr.)* Votivis laudibus celebramus hanc diem . . . *P. L. 183, 526—529.*

Fol. 156'. De magnanimitate *etc.* *(rubr.)* Triplicem nobis in ecclesia primitiva virtutem . . . *P. L. 183, 665—666.*

Fol. 157. In vigilia natalis domini *etc.* *(rubr.)* Hodie scietis *etc.* Quique terrigenae et filii hominum . . . *P. L. 183, 94—100.*

Fol. 160. In vigilia natalis domini *etc.* *(rubr.)* Sanctificamini *etc.* Celebraturi dominicae . . . *P. L. 183, 105—109.*

Fol. 161'. Item in vigilia natalis domini *etc.* *(rubr.)* Auditum audivimus plenum gratia, dignum . . . *P. L. 183, 109—116.*

Fol. 164'. In natale domini sermo de verbis apostoli. *(rubr.)* Benedictus deus *etc.* Benedictus, qui propter nimiam . . . *P. L. 183, 127—130.*

Fol. 166. In natale ss. Innocentum de quatuor continuis solemn. *(rubr.)* Benedictus qui venit *etc.* Deus dominus . . . *P. L. 183, 129—132.*

Fol. 167. In circumcisione domini de nominibus eius. *(rubr.)* Postquam consummati *etc.* Ab initio deus modum . . . *P. L. 183, 135—137.*

Fol. 168. In circumcisione nec nervus rumpitur, nec . . . *P. L. 183, 750. 14.*

Eodem folio. Obtulerunt ei *etc.* Haec fortassis pro loco . . . *P. L. 183, 750. 15.*

Eodem folio. Pars tua sumus, domine, quam tulisti . . . *P. L. 183, 750. 13.*

Eodem folio. Caveamus, frs. ne vasorum interim vacuo splendore . . .

Fol. 168'. Sermo de passione domini feria quarta. *(rubr.)* Vigilate animo, frs. ne infructuose pertranseant . . . *P. L. 183, 263—270.*

Fol. 172'. Sermo in festiv. OO. Sanctorum *etc.* *(rubr.)* Festiva nobis est dies haec et inter praecipuas . . . *P. L. 183, 475—482.*

Fol. 175'. In dedicatione ecclesiae *etc.* *(rubr.)* Etiam hodie, frs. solemnitatem agimus . . . *P. L. 183, 529—535.*

Fol. 178'. Sermo de triplici genere bonorum. *(rubr.)* Et propensius studium et cura vigilantior . . . *P. L. 183, 579—585.*

Fol. 180'. In obitu s. m. Humberti, primi Igniacensis abb. *(rubr.)* Sicut hac nocte audistis, dil. Humbertus famulus . . . *P. L. 183, 513—518.*

Fol. 183. De antiphonis maioribus pauca adiecit manus s. XIV. Ante adventum filii dei in carnem eramus ignorantes sive caeci — salvator earum, veni ad salvandum nos, domine deus noster.

CODEX 35. olim signatus 2/3.

Foliorum 111, 310 : 216 mm., lineis plenis exaratus saeculo XII. sub b. Berchtoldo, abbate Engelbergensi (1178—1197), quod probat versus fol. 1':

Hoc pie Christe datum Berchtoldi sit tibi gratum.

Codex titulis multisque minio ductis initialibus litteris, quarum una artificiosius est delineata, insignis.

Liber hystoriarum Philippicarum et totius mundi origines et terrae situs *seu Justinus.* Pompeii Trogi epithoma hystoriarum.

Praemittuntur prologi Pompeii Trogi; deinde additur fol. 8: Nota diligenter. *(rubr.)* Licet expresse habeamus Pompeium Trogum volumen harum hystoriarum luculenta oratione late ore mellifluo edidisse, tamen eius breviator Justinus satis facundus ex hoc ipso pluribus omissis, strictim omnimodis quae necessaria seu iocunda visa sunt una replicando, haud secus quam si cui spatioso prato luxurianti, crebris saltibus colligente varios rarosque flores pulchra sit conserta corona, hoc opusculum quam breviter tam eleganter urbaneque contexuit. Idem etiam Horosius hystoriarum suarum libro primo, ubi memorat de Joseph filio Israhel, affirmat, quamquam hoc ipsum in calce huius opusculi cuiuscunque mens sagacis dumtaxat ingenii facillime queat conicere.

Sum scriptor talis, demonstrat littera qualis.

CODEX 36. olim signatus 2/7.

Foliorum 123, 306 : 218 mm., columnis binis exaratus saeculo XIII. ineunte, optime scriptus et rubricatus.

Expositio allegorica moralis in Cantica canticorum.

Osculetur me osculo oris sui. De tribus Epithalamiis. *(rubr.)* Tria sunt epithalamia. Primum hystoricum, secundum philosophicum, tertium theologicum. Primum agit de legitima copula maris et feminae, secundum exprimit coniunctionem trivialis eloquentiae et quadruvialis sapientiae, tertium coniunctionem sponsi et sponsae, dei et animae, Christi et ecclesiae — testimonia tua meditatio mea est.

CODEX 37. olim signatus 2/11.

Foliorum 240, 295 : 202 mm., lineis plenis exaratus saeculo XII. sub b. Berchtoldo, abbate Engelbergensi (1178—1197), testibus his versiculis fol. 1:

Ista tibi dona, genitrix et virgo patrona,
Bertoldum dantem serves apud Omnitonantem.

Codex pulchre rubricatus est et aliquot maioribus litteris initialibus artifici manu delineatis exornatus, in fine tamen mutilus, duobus foliis deperditis.

Joannes Cassianus. Collationes Patrum. I.—V. XI.—XVII. VI.—X.

P. L. 49, 477—642; 847—1088; 643—835. Singulis collationibus praemittuntur capitula. *Codex desinit his verbis:* cum omni contritione cordis orandum est mihi. Deus in adiutorium meum intende, Domine ad adiuvandum me || *Coll. X. cap. 10. P. L. 49, 835. C.*

CODEX 38. olim signatus 3/21.

Foliorum 82, 304 : 216 mm., columnis binis exaratus saeculo XIII. Praeter titulos rubricatos et eiusdem generis litteras initiales codex nitide scriptus omni ornatu caret.

Sermones Honorii III. papae de Sanctis.

CODEX 39. olim signatus 2/14.

Foliorum 202, 293 : 198 mm., duplici columna exaratus saeculo XIII. sub Walthero II. de Chamo, abbate Engelbergensi (1267—1276), quod indicant versus fol. 1:

Abbas Waltherus patiens, humilis, bene verus
De Chamo dictus et nullo crimine victus,
Auxiliante pia Christi genitrice Maria
Optinuit Stannis optatam pluribus annis.
Communi mensae verbis turbatus et ense
Hoc opus implevit quo completo requievit.

Fol. 1'. Hoc opus abb- } atis Waltheri sollicit- } udo.
Cartis apt- } calamo scribi facit }
Sub quo collata Stannes fuit et reputata
Communi mensae multum non densae.

Codex bene rubricatus est. De Walthero abb. cfr. Engelberg, pag. 89 sqq.

1.° ***Sermones de tempore (fol. 2—154'.) et de Sanctis (fol. 155—200'.) ex variis SS. Patrum scriptis compilati.***

2.° ***Duo fragmenta ex Petri Comestoris historia scholastica. (Saec. XII. fol. 201. et 202.)***

. . . ti. Et respondit Jhesus, tu dixisti — ideo laborabat, ne Christus more- || *In evang. cap. 160—167.* . . . meruit, haec primo cum venit, neminem vidit — palpari non potest nisi miraculose. Ad- || *In evang. cap. 185—192. P. L. 198, 1624—1628; 1637—1640.*

CODEX 40. olim signatus 2/10.

Foliorum 168, 290 : 214 mm., columnis binis (octo foliis ab initio codicis exceptis quae lineas plenas exhibent) exaratus saeculo XIV. Litterae initiales alternae rubro caeruleoque colore sunt ductae, nonnullae variis coloribus et ornamentis decoratae, unica etiam auro insignis. Maior pars folii 8. deperiit. inter fol. 162. et 163. unum, inter fol. 165. et 166. duo folia desunt.

Psalterium chorale, in quo hymni, antiphonae et responsoria notis musicis subiecta sunt.

Praemittitur calendarium, cuius Sanctorum nomina Galliam innuunt; manus tamen recentior pauca erasit, atque hinc inde addendo vel mutando hoc psalterium Romanum choro monastico adaptavit.

Initia hymnorum sunt:

Fol. 131. Conditor alme siderum . . . *Mone, Hymn. 1, 49. num. 34.*

Fol. 131'. Ad completorium *(rubr.)* in quadragesima. Christe qui lux es et dies . . . *Mone, l. c. 1, 92. num. 70.*

Fol. 132'. Ad matut. *(rubr.)* Vox clara ecce intonat . . . *Daniel, Thesaur. 1, 76. num. LXXIII.*

Fol. 133. Dom. tertia ad Vesp. *(rubr.)* Veni redemptor gentium . . . *Daniel, l. c. 1, 12. num. X.*

Fol. 133'. Verbum supernum prodiens, a patre olim . . . *Mone, l. c. 1, 48. num. 33.*

Fol. 134. In nativitate domini ad vesperas. *(rubr.)* A solis ortus cardine, ad usque terrae . . . *Daniel, l. c. 1, 143. num. CXIX.*

Fol. 135. Ad primam. *(rubr.)* Coelum coruscans intonet . . . *Morel, Hymn. pag. 7. num. 14.*

Fol. 136. Ad tertiam. *(rubr.)* Agnoscat omne saeculum . . . *Daniel, l. c. 1, 159. num. CXXXVIII.*

Eodem folio. Ad sextam. *(rubr.)* Maria ventre concipit . . . *Ibidem v. 9.*

Fol. 136'. in margine inferiore sine notis musicis: Ad sextam. Praesepe poni pertulit . . . *Ibidem v. 17.*

Eodem folio. Ad nonam. *(rubr.)* Adam vetus quod polluit . . . *Ibidem v. 25.*

Fol. 137. De innocentibus. *(rubr.)* Hostis Herodes impie, Christum venire quid . . . Caterva matrum personat . . . *Daniel, l. c. 1, 148. Adnot.*

Eodem folio. In epiphania domini. *(rubr.)* Hostis Herodes . . . Ibant magi quam viderant . . . *Daniel, l. c. 1, 147. num. CXX.*

Fol. 137'. Ad completorium. *(rubr.)* Jhesus refulsit omnium pius redemptor . . . *Mone, l. c. 1, 78. num. 58.*

Fol. 138'. Ad completorium. *(rubr.)* Corde natus ex parentis ante mundi exordium . . . *Daniel, l. c. 1, 122. num. CVI.*

Fol. 140. In purificatione B. M. V. *(rubr.)* Quod chorus vatum venerandus olim . . . *Daniel, l. c. 1, 242. num. CCXXII.*

Fol. 140'. In annunt. visitat. et commemorat. ad vesperas. *(rubr.)* Ave maris stella . . . *Daniel, l. c. 1, 204. num. CLXXI.*

Fol. 141'. Ad completorium. *(rubr.)* Fit porta Christi pervia . . . *Daniel, l. c. 1, 21. num. XV. v. 13.*

Fol. 142. In capite ieiunii. *(rubr.)* Clarum decus ieiunii . . . *Mone, l. c. 1, 93. num. 71.*

Fol. 143. In quadragesima. *(rubr.)* Ex more docti mystico . . . *Mone, l. c. 1, 94. num. 73.*

Fol. 144. Ad nocturnum. Summi largitor praemii . . . *Mone, l. c. 1, 96. num. 75.*

Fol. 145. Ad matutinum. *(rubr.)* Audi benigne conditor . . . *Mone, l. c. 1, 95. num. 74.*

Fol. 145'. Dom. tertia et quarta ad vesperas. *(rubr.)* Jam ter quaternis trahitur . . . *Daniel, l. c. 1, 81. num. LXXVII.*

Fol. 146. Ad completorium. *(rubr.)* Jhesu quadragenariae dicator abstinentiae . . . *Daniel, l. c. 1, 5. num. VI.*

Fol. 147. Ad matutinas. *(rubr.)* O Nazarene dux Bethleem, verbum patris . . . *Daniel, l. c. 1, 128. num. CIX.*

Fol. 147'. Ad completorium. *(rubr.)* Cultor dei memento . . . *Daniel, l. c. 1, 129. num. CX.*

Fol. 148'. Ad matutinum. *(rubr.)* Pange lingua gloriosi proelium certaminis... *Daniel, l. c. 1, 163. num. CXL.*

Fol. 149'. Dominica in palmis. *(rubr.)* Magno salutis gaudio ... *Daniel. l. c. 1, 179. num. CL.*

Fol. 150. Tempore paschali ad vesperas. *(rubr.)* Ad coenam agni providi... *Mone, l. c. 1, 217. num. 161.*

Fol. 151. De sancta cruce. *(rubr.)* Salve crux sancta, salve mundi gloria... *Mone, l. c. 1, 145. num. 111.*

Fol. 152. In ascensione domini ad vesperas. *(rubr.)* Festum nunc celebre magnaque gaudia ... *Daniel, l. c. 1, 217. num. CLXXXVII.*

Fol. 153. Ad completorium. *(rubr.)* Jhesu, nostra redemptio ... *Mone, l. c 1, 230. num. 173.*

Fol. 153'. In octava ascensionis. *(rubr.)* Vita sanctorum, decus angelorum, vita ... *Daniel, l. c. 1, 238. num. CCXVII.*

Fol. 154'. De sancto spiritu. *(rubr.)* Veni creator spiritus ... *Mone, l. c. 1, 241. num. 184.*

Fol. 155. Ad completorium. *(rubr.)* Beata nobis gaudia ... *Mone, l. c. 1. 241. num. 183.*

Fol. 156. De sancto sacramento. *(rubr.)* Pange lingua gloriosi corporis mysterium ... *Daniel, l. c. 1, 251. num. CCXXXIX.*

Fol. 157. De sancta trinitate. *(rubr.)* O lux beata trinitas ... *Daniel, l. c. 1, 36. num. XXVI.*

Fol. 157'. Ad completorium. *(rubr.)* Te lucis ante terminum ... *Daniel, l. c. 1, 52. num. XLIII.*

Fol. 158. Post Michahelis ad vesperas. *(rubr.)* Deus, creator omnium ... *Mone, l. c. 1, 381. num. 281.*

Fol. 158'. *in margine inferiore:* Immense coeli conditor ... *Mone, l. c. 1. 375. num. 273.*

Ibidem. Telluris ingens conditor ... *Mone, l. c. 1, 376. num. 274.*
Coeli deus sanctissime ... *Mone, l. c. 1, 378. num. 277.*
Magnae deus potentiae ... *Daniel, l. c. 1, 61. num. LIII.*
Plasmator hominis deus ... *Mone, l. c. 1, 380. num. 280.*

Fol. 159. Dominicis diebus ad vesperas. *(rubr.)* Lucis creator optime ... *Mone, l. c. 1, 82. num. 62.*

12° Liber Eucherii translatus a Jeronimo de significationibus plerorumque nominum. *Fol. 88—104.*

Oculi domini intelliguntur inspectio divina — quod de duobus coloribus i. e. de duobus testamentis conficitur. *Rerum ordine hinc inde mutato concordat cum libro formularum spiritalis intelligentiae, cap. II.—VIII. P. L. 50, 737 sqq. Cfr. cod. 70. loco 2°*

13° Liber interpretationis Hebraicorum nominum editus a Philone Judaeo. *Fol. 104—119.*

Praefatio sancti Jeronimi: Philo vir disertissimus Judaeorum — hic ut Christianus impleret. Non statim ubicumque — in interpretatione variari. Athyopiae, tenebrae vel caliginis . . . *P. L. 23, 771 sqq.*

CODEX 50. olim signatus 4/3.

Foliorum 194, 262 : 188 mm., lineis plenis exaratus saeculo XII. exeunte. Tituli miniati sunt sicut et litterae initiales, praeter nonnullas figuris ornatas: fol. 2. conspicitur effigies sancti Hieronymi presb. Ultimum folium scripturâ vacat.

Variae epistolae Sanctorum Patrum.

Fol. 1. Incipiunt capitula quae in hoc continentur libro. *(rubr.)*

Fol. 1'. Epistola JERONIMI ad Agerotiam de monogamia id est de viduitate. *(rubr.)* In veteri via . . . *P. L. 22, 1046—1059.*

Fol. 14. Epistola *(s. Hieronymi)* ad Marcellam. *(rubr.)* Nuper cum pariter essemus . . . *P. L. 22. 430—431.*

Fol. 15. Alia *(s. Hieron.)* ad eandem non tempori sed domino servientes. *(rubr.)* Post priorem epistolam . . . *P. L. 22, 431—433.*

Fol. 16'. Ad eandem alia *(s. Hieron.)* de diapsalmate. *(rubr.)* Quae acceperis reddenda . . . *P. L. 22, 433—435.*

Fol. 18'. Ad eandem *(s. Hieron.)* de Ophaz, Baddin et Tharsis. *(rubr.)* Nuper cum Reticii . . . *P. L. 22, 461—463.*

Fol. 19'. Ad eandem *(s. Hieron.)* de decem nominibus. *(rubr.)* Nonagesimum psalmum . . . *P. L. 22, 428—430.*

Fol. 20'. Eiusdem ad Rufinum. *(rubr.)* Plus deum tribuere quam rogatur . . . *P. L. 22, 332—335.*

Fol. 23'. Epistola s. MAXIMI ep. ad Theophilum Alexandriae urbis episc. *(rubr.)* Sanctae beatitudinis tuae imitabile cunctis apostolatus officium — non sitiant.

Fol. 25. Ad Pamachium *(s. Hieron.)* de morte Paulinae. *(rubr.)* Sanato vulneri . . . *P. L. 22, 639—647.*

Fol. 33. *(S. Hieron.)* Ad Theodosium et caeteros anachoretas. *(rubr.)* Quamquam vellem . . . *P. L. 22, 331—332.*

Fol. 33'. *(S. Hieron.)* Ad Damasum episcopum. *(rubr.)* Importuna in evangelio . . . *P. L. 22, 358—359.*

Fol. 34'. Ad Innocentium *(s. Hieron.)* de septies percussa. *(rubr.)* Saepe *(a)* me, Innocenti . . . *P. L. 22, 326—331.*

Fol. 38'. *(S. Hieron.)* Ad Marcum presb. Calcidae. *(rubr.)* Decreveram quidem . . . *P. L. 22, 359—361.*

Fol. 40. Ad Tranquillinum *(s. Hieron.)* quomodo Origenem legere debeamus. *(rubr.)* Maiora spiritus . . . *P. L. 22, 606.*

Fol. 40'. Ad Castricianum *(s. Hieron.)* quod super caecitatem quae ei acciderit, non debeat contristari. *(rubr.)* Sanctus filius meus . . . *P. L. 22, 651—653.*

Fol. 42'. Ad Laetam *(s. Hieron.)* de institutione filiae. *(rubr.)* Beatus apostolus Paulus . . . *P. L. 22, 867—878.*

Fol. 52. Ad Magnum oratorem urbis Romae *(s. Hieron.)* cur interdum in tractatibus suis saecularium litterarum utatur. *(rubr.)* Sebesium nostrum . . . *P. L. 22, 664—668.*

Fol. 56. Ad Sabinianum *(s. Hieron.)* cohortatoria ad poenitentiam. *(rubr.)* Et Samuel quondam . . . *P. L. 22, 1195—1204.*

Fol. 65. Ad Oceanum *(s. Hieron.)* de morte Fabiolae. *(rubr.)* Plures anni sunt . . . *P. L. 22, 690—698.*

Fol. 73. Epistola PAULAE ET EUSTOCHII exhortatoria de locis sanctis. *(rubr.)* Mensuram charitas . . . *P. L. 22, 483—492.*

Fol. 82'. Ad Fabiolam *(s. Hieron.)* de cibis sacerdotalibus ac veste pontificali. *(rubr.)* Usque hodie . . . *P. L. 22, 608—622.*

Fol. 96'. Ad Asellam puellam dei *(s. Hieron.)* de fictis amicis eorum qui sibi detrahunt. *(rubr.)* Si tibi putem . . . *P. L. 22, 480—484.*

Fol. 100. Epistola JERONIMI ad Paulam de morte Blaesillae. *(rubr.)* Quis dabit capiti . . . *P. L. 22, 465—473.*

Fol. 108. Epistola eiusdem de excessu Nepotiani presb. ad Heliodorum ep. eiusdem avunculum. *(rubr.)* Grandes materias . . . *P. L. 22, 589—602.*

Fol. 121'. Sermo beati AUGUSTINI de divinatione daemonum. *(rubr.)* Quodam die in diebus sanctis . . . *P. L. 40, 581—592.*

Fol. 132. Gesta a beato Augustino, quando sibi successorem elegit Eraclium presb. *(rubr.)* Theodosio et Valentiniano . . . *P. L. 33, 966—968.*

Fol. 135. *(Jo. Cassianus. Collationis XVIII. capp. 12 et 13.)* Germanus: Quemadmodum acquiri — et eruam te, ait dominus. *P. L. 49. 1112—1114.*

Fol. 136'. Epistola beati HIERONIMI ad Rufinum. *(rubr.)* Nihil Christiano . . . *P. L. 22, 1072—1085.*

Fol. 148'. Epistola beati HIERONIMI presb. ad Oceanum de eo quod scriptum est in apostolo: Unius uxoris virum. *(rubr.)* Nunquam fili Oceane . . . *P. L. 22, 653—664.*

Fol. 158. Allocutio PETRI apostoli ad Clementem. *(rubr.)* Itaque si te multi e fratribus — a Christo collaudari merearis.

Eodem folio. Epistola beati HIERONIMI presb. ad Nepotianum. *(rubr.)* Petis Nepotiane carissime . . . *P. L. 22, 527—540.*

Fol. 167'. AUGUSTINUS ad Laetum de contemptu saeculi. *(rubr.)* Legi epistolam . . . *P. L. 33, 1055—1059.*

Fol. 172. AUGUSTINUS Volusiano. *(rubr.)* Legi litteras tuas in quibus . . . *P. L. 33. 515—525.*

Fol. 180'. Epistola eiusdem ad Sebastenum. *(rubr.)* Quamvis ab animo . . . *P. L. 33, 1064—1065.*

Fol. 181'. Item eiusdem ad Paulinum. *(rubr.)* O bone vir et bone frater . . . *P. L. 33, 107—111.*

Fol. 184'. Elucidatio beati JERONIMI super quaedam dicta apostoli. *(rubr.)* Quid velit intelligi, quod apostolus scribit ad Colosenses: Nemo vos superet — antichristum suscepturi sunt. *Ex epist. ad Algasiam quaestiones X. et XI. P. L. 22, 1029—1038.*

Fol. 191'. *(S. Hieron. ad Marcellam.)* De diapsalmate. *(rubr.)* Quae acceperis reddenda . . . *P. L. 22, 433—435.*

Fol. 193. Ex epistola beati AUGUSTINI episc. ad Macedonium. *(rubr.)* Tanto sunt intercedentium et parcentium — ad conciliandam dilectionem verbo veritatis. *P. L. 33, 660—661.*

NUM. 51.

Folia 22 partim mutila, fragmenta cuiusdam codicis in 8⁰ saeculo XIII. extremo, lineis plenis exarati et rubricati.

Vitae Patrum.

Fol. 1—13'. Fragmenta ex vita sancti ANTONII, *auctore s. Athanasio Alexandr., interprete Evagrio presb. Antiocheno. Patrologia Graeco-Latina. 26, 887. num. 29 sqq.*

Fol. 13'—20'. Fragmenta ex vita sancti HILARIONIS monachi, *auctore s. Hieronymo presb. P. L. 23, 29 sqq.*

Fol. 21. et 22. Fragmenta ex vita sancti BASILII Caesar. archiep., *auctore Amphilochio episc.. interprete anonymo. P. L. 73. 310 sqq.*

CODEX 52. olim signatus 4/2.

Foliorum 76, 268 : 184 mm., columnis binis (folia 2—4. et 76. lineis plenis) exaratus saeculo XI. Tituli miniati sunt et initiales litterae minio ductae. In capite codicis occurrit delineata imago cuiusdam sacris induti hac cum inscriptione: Hugo plebanus de Dietinchon, *et in fronte eiusdem folii hic versus:*

Haec decreta fidem servant nobis data pridem.

Folium anteriori operculo adglutinatum exhibet haec verba: Judinta dedit hunc librum sanctae Mariae montis angelorum. *Ultimum folium est mutilum, salvâ tamen scripturâ.*

1º *Catalogus Romanorum pontificum. Fol. 2—4'.*

Beatus Petrus apostolus sedit annis XXV. — Victor qui et Gebehardus, Aureatensis episcopus, ab episcopis electus Romamque missus papa efficitur; sedit annos tres.

2º Ecclesiasticae regulae ex sententiis sanctorum Patrum defloratae a legatis ipsius sedis apostolicae in Gallias pro ecclesiarum dispositione causarum deportatae. *Fol. 5—52.*

Si difficile et ambiguum apud te — etiam insensibilia ossa concremantur.

3º Decreta de recipiendis sive non recipiendis scripturis sive auctoribus earum, scripta a beato Gelasio pp. in concilio LXX eruditissimorum episcoporum in apostolica sede urbis Romae. *Fol. 52—54.*

Post propheticas, evangelicas et apostolicas scripturas, quibus ecclesia catholica — indissolubili vinculo in aeternum confitemur esse damnata. *P. L. 59, 167—180.*

4º Brevis denotatio VI principalium synodorum. *Fol. 54.*

Prima sinodus in Nicaea Bithiniae CCCXVIII patrum facta est contra Arrium — anathematizando scripserunt VIIII capitula. Ex his VI principalibus sinodis IIII eminentiores hic subsecuntur iuxta illam translationem, quam ex apostolica auctoritate per beatum Adrianum pp. habemus.

5º De auctoritate IIII principalium synodorum *earumque* canones *et subscriptiones Patrum. Fol. 54'—68'.*

Gregorius episc. Johanni Constantinopolitano *etc.* Sicut sancti evangelii — occidentalibus ecclesiis directa probatur.

6º Brevis annotatio canonum subter annexorum, ante vel infra vel post principales sinodus statuta legitur. *Fol. 69.*

Apostolorum canones sunt L. — Aurelii episcopi leguntur conscripta.

7º Compendiosa traditio canonum orientalium sive Affricanorum quos beatus Adrianus pp. in uno volumine cum superioribus conciliis ad dispensationem occidentalium ecclesiarum Karolo Romae posito dedit, regi Francorum et Longobardorum ac patricio Romanorum. *Fol. 69—76.*

In primis de canonibus apostolorum — nullatenus in communionem susciperet. Explicit compendiosa traditio orientalium canonum Affricanorum quos b. Adrianus pp. per manum Karoli regis occidentalibus ecclesiis direxit.

CODEX 53. olim signatus 4/1.

Foliorum 40, 262 : 182 mm., lineis plenis exaratus saeculo XIII. Praeter titulos rubricatos rubrasque litteras initiales hic codex omni ornatu caret.

1º Micrologus de ecclesiasticis observationibus. *Fol. 1—30'.*

Praemittuntur LX. capitula libri istius. De introitu ad missam. *(rubr.)* Prespiter cum se parat — cum quinque milibus hominum saturari mereamur. *P. L. 151, 977—1022. Fabricius, Bibl. lat. med. 5, 236 sqq. Hdschr. S. Gall. cod. 614, 7.*

2º Incipit ordinatim breviatum, qualiter libri cum responsoriis sibi convenientibus per anni circulum ad legendum ponuntur. *Fol. 30'—32.*

In primis in septuagesima paschae ponitur eptaticum — novi testamenti libri legendi sunt.

3º *Excerpta ex Bernaldi, Constantiensis presbyteri, de vitanda excommunicatorum communione. Fol. 32—40.*

Tres sunt personae quas sancti patres — et primum quidem de rigore canonum. *P. L. 148, 1182 A—1184 B.*

Sacri quoque canones in quamplurimis — tamen ore abrenuntiaret, accepit. *P. L. 148, 1187 C—1192 D.*

Locus poenitentiae semel tantum — cum Novatianis desperatione iudicemur. *P. L. 148, 1184 B—1187 C. Cfr. Chevalier, col. 289. Fabricius, Bibl. lat. med. 1, 591 sq.*

4º *Signa ante diem iudicii. Fol. 40.*

Haec sunt quindecim signa ante diem iudicii ut Hieronimus dicit — XIIII. die *Caetera desunt. Cfr. cod. 259. loco 10º. De 15 signis ante diem iudicii iuxta s. Hieronymum refert s. Petrus Dam. P. L. 145, 840 sq. et Petrus Comestor. P. L. 198, 1611.*

CODEX 54. olim signatus 4/5.

Foliorum 107, 260 : 186 mm., lineis plenis exaratus saeculo XII. et rubricis distinctus. Inter litteras initiales minio tinctas quaedam artificiosius delineatae occurrunt figuris partim coloratis, partim simplicioribus ornatae. Cantus antiphonarum neumis notatur.

Pontificale Romanum.

Fol. 1—19. Benedictiones episcopales solemnes diebus festivis.
Fol. 19—25'. Ordo ad benedicendum regem.
Fol. 25'—28. Romanus ordo ad benedicendum imperatorem.
Fol. 28—29'. Benedictio reginae.
Fol. 29'—41'. Ordinatio episcopi.
Fol. 41'—42. Qualiter ordinetur Romanus pontifex.
Fol. 42—46. De quatuor temporibus ieiuniorum.
Fol. 46—56. Qualiter in Romana ecclesia sacri ordines fiunt.
Fol. 56—75. Ordo ad benedicendam ecclesiam. Consecratio altaris *etc.*
Fol. 75—77'. Ordinatio abbatis.
Fol. 77'—82. Ordinatio monachi ex canone Theodori.
Fol. 82—85. Ordinatio abbatissae.
Fol. 85—90'. Consecratio sacrae virginis.
Fol. 90'—93. Ad diaconissam faciendam. Consecratio viduae.
Fol. 93—106'. De officiis divinis in coena domini.
His unâ manu saeculo XII. exaratis addi placuit saeculo XIV.
In folio thecae anteriori adglutinato: Index rerum.
Fol. 1. Ordo ad consignandum pueros.
Fol. 73—74. Benedictio poliandri sive cimeterii. Ordo reconciliationis ecclesiae.
Fol. 107. Ritus in velatione virginum.

CODEX 55. olim signatus 4/6.

Foliorum 119. 260 : 160 mm., lineis plenis exaratus saeculo XII. rubro nigroque charactere varius et in fronte insignitus litterâ initiali sat amplâ figurisque ornatâ.

1º *Martyrologium Usuardi monachi. Fol. 1—92'.*

Praecedit Epistola Husuvardi monachi et sacerdotis ad Karolum regem. *(rubr.)* Vestram minime latet — rex regum dignetur custodire potentia. Amen. *P. L. 123, 599 sqq. Chevalier, col. 2266.*

Item rescriptum Hieronimi presb. *(rubr.)* Chromatio et Heliodoro episcopis Jeronimus in domino salutem. Constat dominum nostrum — fecit esse sublimes. *P. L. 30, 435—436.*

2º Officium mortuorum. Letania *OO. Sanctorum.* Ad mandatum pauperum. Ad zenam *(lege: coenam)* domini. *Fol. 93—119'.*

Antiphonae et responsoria in officio defunctorum et ,ad mandatum neumis sunt subiecta.

CODEX 56. olim signatus 4/4.

Foliorum 104, 260 : 180 mm., lineis plenis exaratus saeculo XII. exeunte, titulis rubricatis et litteris initialibus eiusdem coloris distinctus.

1º Parnomia vel Pannomia Ivonis venerabilis Carnotensis episcopi. *Fol. 1—102'.*

Prologus: Exceptiones ecclesiasticarum regularum . . . Incipiunt decreta sanctorum pontificum. Credimus unum Deum — vel ultimis suppliciis feriri. Amen. *P. L. 161, 1041—1338. Chevalier, col. 1130. Fabricius, Bibl. lat. med. 4, 602 sqq. Graesse, Literärgesch. II. 1, 660 sq.*

2º *Aliquot canones juris. Fol. 102'—103'.*

Aug. *(rubr.)* Undecunque nascuntur . . . *c. 3. dist. 56.*
Jeronimus. *(rubr.)* Nasci ex adulterio . . . *c. 5. dist. 56.*
Augustinus. *(rubr.)* Jam itaque . . . *c. 8. C. I. qu. 4.*
Joh. Crisostomus. *(rubr.)* Nunquam et de vitiis . . . *c. 4. dist. 56.*
Aug. *(rubr.)* Non aestimemus . . . *c. 19. C. XIII. qu. 2.*
Canones autem . . . *c. 1. dist. 16.*
Quamvis sit presbiteris . . . *c. 4. dist. 68.*
Hos canones praecedit Ysidorus. *(rubr.) Sententiarum libri III. cap. 47:* Per principes peccato primi hominis — praelati sunt tamen mente. *P. L. 83. 717.*

3º *Schema consanguinitatis quatuor versibus illustratum. Fol. 104.*

V. 1. Quod liber inculcat gradus intimat atque figurat —
V. 4. Graecus conventus, sapiat Romana iuventus.

CODEX 57. olim signatus 4/12.

Foliorum 116, 250 : 153 mm., columnis binis luculenter exaratus saeculo XIII., optime rubricatus et in capite singulorum librorum pictis initialibus litteris decoratus.

Panormia i. e. de omnibus regulis Ivonis Carnotensis episcopi, de multimoda distinctione scripturarum sub una castorum eloquiorum facie contentarum.

Exceptiones ecclesiasticarum regularum ... Credimus unum deum esse — vel ultimis suppliciis feriri. Amen. *Cfr. cod. 56.*

CODEX 58. olim signatus 4/9.

Foliorum 39, 250 : 170 mm., lineis plenis exaratus saeculo XIII. Paucae initiales litterae minio ductae hunc codicem ornant. Inter folia 36. et 37. aliquot folia desunt.

Homiliae in epistolas et evangelia diebus dominicis et festivis totius anni.

Hora est iam nos *etc.* Triplex est somnus ...

NUM. 59.

Unicum folium mutilum superstes cuiusdam codicis uncialibus litteris exarati saec. VII. vel. VIII. Pagina plena 32 lineas plenas exhibet in spatio 188 : 144 mm. marginibus demptis.

Fragmentum ex tractatu s. Augustini in Joannis evangelium.

... NGIT. NOS ERGO CARISSIMI QUIBUS CHRISTUS — CUM DICIMUS CREDERE NOS IN UNIG- || *Ex tract. 77. et 78. P. L. 35, 1835. et 1836.*

CODEX 60. olim signatus 4/7.

Foliorum 199, 262 : 185 mm., lineis plenis exaratus saeculo XIV. ineunte, copiosissime alternis maioribus litteris atque ornamentis rubri et caerulei coloris ornatus. Occurrunt quoque non paucae initiales litterae uberius decoratae, nec desunt quae biblicas figuras exhibentes variis coloribus pictae et auro fulgidae splendescunt. Idem dicendum est de tabulis quae (fol. 7—18'.) vitae ac passionis D. N. historiam repraesentant.

Psalterium pro usu chori cum calendario, canticis biblicis, symbolo Athanasiano et litaniis OO. Sanctorum.

De tabulis et litteris initialibus depictis cfr. Gottwald, Zum Schriftwesen im Mittelalter. Anzeiger für Schweizerische Alterthumskunde. V, 114 sqq. (Zürich 1885.)

CODEX 61. olim signatus 4/8.

Foliorum 206 (VI + 200), 248 : 174 mm., lineis plenis exaratus saeculis XIII., XV. et XVI. atque eodem fere modo decoratus quo codex 60., iniuriâ autem temporum et hominum incuriâ multo attritus. Post folium 156. duo folia excisa perierunt.

Psalterium pro usu chori.

Picturae deauratae (saec. XIII. fol. I.—VI.); Psalmi et cantica cum Ambrosiano, symbolo Athanasiano et litaniis OO. Sanctorum (saec. XIII. fol. 1—156.); Preces et commemorationes Sanctorum (saec. XV. fol. 157—163.); Cursus B. M. V. *Hymni consueti de tempore et de Sanctis;* Cantica de tempore et Sanctis per totum annum *(saec. XVI. fol. 163'—200.).*

CODEX 62. olim signatus 4/13.

Foliorum 201 (quorum primum notâ numerali caret), 250 : 185 mm., lineis plenis exaratus saeculo XIV. multis initialibus litteris aliisque ornamentis pariter decoratus exstat atque duo codices praecedentes. In capite codicis legitur: Difer pfalter ift der frouw Blatmanin *(feminae moniali Engelbergensi).*

Psalterium pro usu chori.

Calendarium Sanctorum (fol. 1—6'.); Picturae deauratae (fol. 7—18'.); Psalmi cum canticis biblicis et Ambrosiano, symbolo Athanasiano et litaniis Sanctorum (fol. 19—200.).

CODEX 63. olim signatus 4/14.

Foliorum 118, 245 : 165 mm., lineis plenis exaratus saeculo XIII. rubricis multisque rubris litteris initialibus necnon aliquot miniaturis distinctus, usu vero diuturno non parum contritus. Inter folia 59. et 60. duo folia perierunt, item unum inter folia 71. et 72.

Capitula et orationes seu collectae de tempore et de Sanctis per totum annum.

CODEX 64. olim signatus 4/10.

Foliorum 145, 250 : 172 mm., lineis plenis exaratus saeculo XII. sub b. Frowino abbate, quod probatur his versibus fol. 1:

Omnibus iste bonis liber placet exameronis,
Quem matri Christi, pater o Frŏwine dedisti.

Codex sobrie rubricatus et unicâ ‚Frowinianâ' initiali litterâ ornatus exstat.

Exameron *(Hexaemeron)* beati Ambrosii Mediolanensis episcopi. *Libri sex.*

P. L. 14, 123—274. In fronte codicis occurrunt versus sequentes:

Insimul et solo fecit deus omnia verbo,
Post et eis tribuit quas species voluit.
Coelum cum terra primoque fuere creata,
Retulit ut Moyses, si legis invenies,
Hoc ait, aeternum ne quis credat fore mundum,
Vel sine principio, quod vetat et ratio.

CODEX 65. olim signatus 4/19.

Foliorum 136, 236 : 164 mm., lineis plenis exaratus saeculo XII. sub b. Frowino abbate, quod docent versus sequentes fol. 1:

Ista tibi dona genitrix et virgo patrona
Froinum dantem serves apud omnitonantem.

Codex rubricatus est et litteris initialibus minio ductis ornatus. Insunt quoque duae maiores litterae ‚Frowinianae' quas manus inhabilis resarciendo foedavit.

Tractatus sancti Ambrosii episcopi de officiis. *Libri tres.*

Singulis libris capitula *praeposita sunt. P. L. 16, 23—184.*

CODEX 66. olim signatus 4/11.

Foliorum 77 (quorum primum scripturâ vacat), 246 : 180 mm., partim lineis plenis (fol. 2—68.) partim binis columnis (fol. 68'—77'.) exaratus saeculo XII. unicâ maiori litterâ delineatâ, multisque initialibus litteris miniatis distinctus.

1º *Interpretatio vocabulorum sacrae scripturae ex s. Hieronymi praecipue et aliorum SS. Patrum scriptis collecta. Fol. 2'—68.*

Non pauca vocabula idiomate germanico exponuntur quae ediderunt E. G. Graff, Diutiska III, 422—432. (Stuttg. 1826.) et K. Bartsch, Germania VI (XVIII), 46. et 47.

2º *Glossarium, litteras A. B. C. complectens. Fol. 68'—77'.*

Nomina promiscue hebraica, graeca et latina latinis vocibus et interdum germanicis explicantur. Incipit: Adam. homo vel terrenus — *Explicit:* cantarus naph vel kanneta. *Vocabula germanica edidit K. Bartsch, l. c. VI (XVIII), 47—49.*

Fol. 77'. Versus aliquot de plagis Aegyptiacis ex Petri de Riga Aurora. Prima rubens unda, ranarum plaga secunda ... *et eodem folio versus sequentes:*

Gaudet epar spodio, maze cor, cerebrum quoque musco
Pulmo liquiritie, splen capare, stoma galanga.
Cor sapit et pulmo loquitur, fel commovet iras,
Splen ridere facit, cogit amare iecur.

CODEX 67. olim signatus 4/15.

Foliorum 106, 245 : 145 mm., lineis plenis exaratus inter annos 1197. et 1223. sub Henrico abbate Engelbergensi, testibus his versiculis fol. 1':

Istud opus danti ti- } bi virgo Maria patro- } na.
Heinrico confer si- } tu prece coelica do- }

Codex optime rubricatus est rubrisque litteris initialibus decoratus. Duo folia improba manus cultello excisa abstulit, alterum inter folia 32. et 33. alterum inter 85. et 86. Folium 78. salvâ scripturâ mutilum est.

Commenta Julii Solini sive Grammatici. Poliystor ab ipso editus et recognitus de situ orbis terrarum et de singulis mirabilibus quae in mundo habentur.

Cfr. Julii Solini Collectanea rerum memorabilium, recognovit Th. Mommsen. Berolini 1864. Fol. LII. sqq.

In margine laterali folii 106'. legitur hymnus neumatus de s. Katharina: Voce cordis et oris . . . *Mone, Hymn. 3, 349. num. 984. De Henrico abbate cfr. Engelberg. pag. 51 sqq.*

CODEX 68. olim signatus 4/20.

Foliorum 95 (praeter unum insiticium ab initio), 240 : 170 mm., lineis plenis exaratus saeculo XII. sub b. Berchtoldo abbate (1178—1197), quod indicat hic versus in capite codicis:

Hoc pie Christe datum Bertoldi sit tibi gratum.

Codicem tituli rubricati ornant et nonnullae litterae initiales luculenter delineatae.

Claudianus Mamertus presb. Viennensis. De statu animae libri tres. Fol. 6—95'.

Praefatio librorum Claudiani. Praefectorio patricio doctissimo *etc.* Magnum in genere humano — in excidio falsitatis. *P. L. 53, 697—777. Praemittuntur* capitula *librorum de statu animae (fol. 1—2'.), et libellus Fausti Rhegiensis seu epistola contra eos qui dicunt esse in creaturis aliquid incorporeum (fol. 2'—6.).* Huius operis auctor ignoratur, quia tacito nomine ista conscripsit; contra quem Claudianus tres hos libros disseruit. *(rubr.)* Praecipis ut respondeam, quae in rebus humanis corporea — sancti spiritus societate dominatur. *P. L. 58. 840 D—845. Chevalier. col. 1457. Fabricius, Bibl. lat. med. 1, 1074 sqq.*

CODEX 69. olim signatus 4/16.

Foliorum 120, 250 : 152 mm., lineis plenis exaratus saeculo XIV. Tituli rubricati sunt itemque litterae maiores.

Pastorale novellum de sacramentis et aliis traditionibus ecclesiasticis, *8748 versibus concinnatum, auctore Rudolfo de Liebegg, canonico Beronensi.*

Sanctorum sacra verba patrum decretaque Romae
Pontificum variis diffuse tradita libris —
Patri natoque cum pneumate laus sit ut ante
Saecula cuncta fuit, est modo, semper erit.

Cfr. Liebenau, H. v., Urkundliche Nachweise zu der Lebensgeschichte der Königin Agnes von Ungarn. Regensbg. 1868. Pag. 7. num. III. Morel, Rudolf v. Liebegg. Geschfr. 21, 122 sqq. Hdschr. S. Gall., cod. 695.

CODEX 70. olim signatus 4/17.

Foliorum 50, 247 : 156 mm., binis columnis exaratus saeculo XIII. Tituli et litterae initiales minio scripta sunt.

1º *Theologicae quaestiones et expositiones ex SS. Patrum scriptis collectae. Fol. 1—47'.*

De fide et spe quae in nobis est, omni poscenti rationem reddere — et quasi laudando exhortetur homines ad nuptias frequenter.

2º *Eucherius s. Lugdunensis. Formularum spiritalis intelligentiae caput primum. Fol. 47'—50'.*

Omnipotens deus pater et filius et spiritus sanctus unus atque trinus — se manifestum demonstrare. *P. L. 50, 729—737. Cfr. cod. 49. loco 12º*

CODEX 71. olim signatus 4/18.

Foliorum 84, 240 : 172 mm., duplici columnâ exaratus saeculo XIII. sobrie rubricatus.

Homiliae in evangelia dominicalia totius anni.

Cum appropinquasset Jhesus *etc.* Tempus quod hodie incipit et durat usque ad nativitatem domini vocatur ab ecclesia adventus domini . . .

CODEX 72.

Foliorum 72, 245 : 162 mm., lineis plenis exaratus saeculo XIII. sub abbate Engelbergensi Walthero II. de Chamo (1267—1276.), quod indicatur his versibus fol. 1:

Abbas Waltherus hoc fecit nempe volumen.
Quo circa petimus capiat coeleste cacumen.

Fol. 72.

Sit diz bvoch in ſelchir friſt.
In bvocſhvn . . vn in tvſchvn iſt.
Nah monſlichir chvnſt geſcribin.
Warm were den hindir ſtelle blibin.
Ein grvoz dim ortſrvm mere.
Dim apt Walthere.
Dem wunſche der leſere heilſ.
Vñ himilſlichiſ teilſ.
Daz ſelbe tvot der verſin schin.
Die da obnan ſtant in Latin.

Hi versus, tituli et litterae initiales in exordio capitum necnon multae maiores in textu rubri sunt coloris; prima littera (A) ambitiosius delineata exstat et ornata figuris, quibus repraesentantur Waltherus abbas, Mo*nachus* Chovno *et* Gvota *magistra.*

Benedictus s. abbas. Regula. lat. germanica.

In nomine domini nostri Jesu Christi incipit prologus regulae patris eximii beatissimi Benedicti. Ausculta, o fili, praecepta magistri — ſo chvnſt denne mit gottiſ hilfe zi der hohi dir tvgindon. Amen.

Edidit Troxler, Die Regel des hl. Benedict. Geschfr. 39. 1 sqq. Engelberg, pag. 94 sqq.

CODEX 73. olim signatus 5/1.

Foliorum 12, 240 : 182 mm., lineis plenis exaratus anno 1567.

Zbëren (Bär. Ursus) Andreas. Succincta historia vitae et miraculorum beati Nicolai de Flue, eremitae Saxlensis, germanice scripta.

In einem land genempt gemeinlich Schwitzerland oder die Eydtgnofchafft — Sölichs bezüget mit villen personen. 15 A. V. 67.

Folio 12. adglutinata est schedula chartacea huius tenoris: Diffe Legendt des Säligen brůders Nicolauffen von flů hat gefchryben der geistlich herr herr Andrea Zbëren kilchher zu Sachflen, wo des S. Mans grab oder Lichnam ligt Im Jar 1567. Gott Sig Lob vnd Maria. *In tergo schedulae:* Dis bůch gehört frow Anna Bircherin, priory des Gotzhufs in Engelberg.

Cfr. Ming, J., Der sel. Bruder Nikolaus von Flüe. 4 voll. 8°. Luzern 1861—1878. III, 311.

CODEX 74. olim signatus 3/22.

Foliorum 142, 283 : 192 mm., triplici columnâ saeculo XIII. exaratus. Initia singularum epistolarum amplioribus litteris initialibus decorata sunt, quae vario colore potius quam insigni arte excellunt.

Epistolae XIV b. Pauli apostoli cum glossâ ordinariâ Walafridi Strabi et interlineari Anselmi Laudunensis.

Chevalier, coll. 2324. et 134. Fabricius, Bibl. lat. med. 1, 305. Graesse, Literärgesch. II. 1, 261.

Ultimo folio verso exstat lineis plenis exaratum fragmentum praefationis in epistolas b. Pauli. Ego sum alfa et ω, initium et finis, dicit dominus, ad quem — Materia totius operis sunt evangelia. Intentio sua est || *Caetera desunt. Multum concordat cum praefatione Petri Lombardi ad Collectanea in omnes b. Pauli apostoli epistolas. P. L. 191, 1297 sqq.*

CODEX 75. olim signatus 3/23.

Foliorum 105, 278 : 165 mm., ternis columnis exaratus saeculo XIII. Codex omni ornatu caret, spatio initialium litterarum vacuo relicto.

S. Evangelii secundum Joannem cum glossâ ordinariâ Walafridi et interlineari Anselmi Laudunensis.

Praemittuntur duo prologi: Hic est Johannes evangelista unus — doctrina servetur. *P. L. 92, 633—636.*

Omnibus divinae scripturae paginis evangelium — virginem virgini commendavit. *P. L. 35, 1377—1380. et 114, 355—356.*

CODEX 76. olim signatus 3/24.

Foliorum 124, 274 : 188 mm., ternis columnis exaratus saeculo XII. sub b. Frowino abbate, testibus his versiculis leoninis in fronte codicis:

Non rodant mures, non ausint tollere fures
Librum, qui domino datus est a patre Frôino.

Prologi et argumenta ornantur initialibus litteris tum rubri tum caerulei tum viridis coloris; initia singulorum librorum eximiâ venustate, adhibitis variis coloribus decorata sunt figuris quibus XII minorum prophetarum suo quisque ordine repraesentatur. Caeterum codex parce rubricatus est.

Liber duodecim prophetarum cum glossâ ordinariâ et interlineari nec non variis prologis et argumentis.

CODEX 77. olim signatus 3/25.

Foliorum 110, 270 : 180 mm., triplici columnâ exaratus saeculo XII. Primum tantum folium rubricatum est et unicâ ampliori litterâ initiali decoratum. Post folium 50. sex folia, post 90. totus quaternio perierunt. (Luc. 9, 50. — 11. 7. et 19, 40. — 21, 25.)

S. Evangelium secundum Lucam cum glossâ ordinariâ et interlineari.

CODEX 78. olim signatus 3/26.

Foliorum 223 (quorum primum scripturâ vacat), 260 : 180 mm., ternis columnis exaratus saeculo XIII. Codex non nisi duabus decoratus est litteris initialibus auro variisque coloribus depictis; reliquae vero litterae maiores vel penitus omissae vel primis tantum lineamentis graphide ductis indicatae sunt. Corio fusco quo superinducta sunt lignea codicis tegumenta, figurae varii generis et ornamenta optime composita formis aheneis impressa sunt, opus eximiae venustatis codici coaevum et praestanti artificio perfectum.

Epistolae XIV b. Pauli apostoli cum glossâ ordinariâ et interlineari et argumentis consuetis.

Folio 223'. haec leguntur saec. XIV. scripta: Notificamus omnibus hanc paginam inspicientibus quod Ita dicta de Manzingin constituta in ultimo agone | contulit monasterio Montis Angelorum praedium solvens annuatim in festo sancti Andreae duos solidos, et hoc praedium situm est | quod vulgo dicitur vffin der vurvn nidir Manzingin, et istud praedium prius possidens Burchardus dictus Zvbere resignavit | contradendo in manus nostras scilicet Abbatis Waltheri haereditario iure tali conditione, quod Wilhelmus dictus de Manzingin | reciperet hunc agrum eodem iure possidendum, census vero in praedicto festo praedicto coenobio reddendum vel in crastinum cum emenda.

CODEX 79. olim signatus 3/27.

Foliorum 184, 255 : 183 mm., ternis columnis exaratus saeculo XIII. in capite epistolarum decoratus maioribus litteris minio delineatis ac caeruleo fulvoque colore ambitiose magis quam eleganter ornatis. Tegumenta pari eâdemque arte confecta sunt atque codicis praecedentis.

Epistolae XIV b. Pauli apostoli cum glossâ ordinariâ et interlineari et argumentis consuetis.

CODEX 80. olim signatus 3/28.

Foliorum 91. 228 : 150 mm., ternis columnis exaratus saeculo XIII. Codex ex parte tantum rubricatus et unicâ maiori initiali litterâ ornatus ab initio mutilus est, primo quaternione ac primo secundi quaternionis folio deperditis.

1.° *Epistolae catholicae; Cantica canticorum; Apocalypsis b. Joannis apostoli cum glossâ ordinariâ et interlineari. Fol. 1—91.*

Codex incipit Jac. 5, 15.

2.° *Ivo Carnotensis episc. Epistola CCXX. ad Hildebertum Cenomanensium episc. Fol. 91'.*

De appellationis ordine quantum arbitror — solvere cogendus est. *P. L. 162. 225. et 226. Chevalier, col. 1130.*

CODEX 81. olim signatus 3/29.

Foliorum 116, 228 : 158 mm., ternis, interdum binis columnis exaratus saeculo XIII., parce rubricatus.

Actus apostolorum et Apocalypsis b. Joannis apostoli cum glossâ ordinariâ et interlineari.

CODEX 82. olim signatus 3/30.

Foliorum 143. 220 : 148 mm., ternis (fol. 1. et 2. binis) columnis exaratus saeculo XIII. Omnes litterae initiales (unicâ fol. 3'. exceptâ) omissae sunt, spatiolis earum vacuis relictis. Tegumenta corio nigro superinducta iisdem figuris et ornamentis, aliter tamen coniunctis, ornata sunt quibus excellunt codices 78. et 79.

S. Evangelium secundum Matthaeum cum glossâ ordinariâ et interlineari.

CODEX 83. olim signatus 3/31.

Foliorum 128, 223 : 146 mm., ternis columnis exaratus saeculo XIII. Litterae initiales alternis vicibus colore viridi flavoque tinctae sunt.

SS. Evangelia secundum Joannem et secundum Marcum, utrumque cum glossâ ordinariâ et interlineari.

CODEX 84. olim signatus 5/2.

Foliorum 162, 225 : 150 mm., binis columnis exaratus saeculo XIII. et alternis rubris caeruleisque initialibus litteris nitide decoratus.

Biblia latina vulgatae versionis cum prologis s. Hieronymi. Pars I.

Continet libros s. scripturae a Genesi usque ad librum psalmorum, additis oratione Manassae (fol. 126.) et libro tertio Esdrae (fol. 133.).

CODEX 85.

Foliorum 38, 224 : 166 mm., duplici columnâ exaratus saeculo XIV., sobrie rubricatus. In operculo anteriore haec leguntur: Das buoch gehört denen wirdigen vnnd geiſtlichen Frouwen, der Meiſterin vnd Conuent Sanct Andareae In Engelberg 1613. Bittend gott für ſchw. Meliora Muchheimin von Vri, der z. z. Hermatswyl.

Das kloſter der ſele mit einr entwerſunge der empter vnd der amptlúte.

Der abt dis kloſters ist emzige gedenkunge der gôtlichen gegenwúrtekeit — mit allem fliſſe vnſers herzen. Amen.

CODEX 86. olim signatus 5/6.

Foliorum 94, 228 : 140 mm., lineis plenis, rubricatus et initio singulorum librorum maioribus litteris miniatis signatus. Scriptus fuit liber iste anno domini M°CC°LXX°VII°. *(fol. 94'.)*

Eodem folio 94': Explicit

Alexandris magistri Galtheri de Castellione, *sive Gestorum Alexandri Magni libri decem.*

Ad calcem codicis haec leguntur: Epytaphium istud scripsit seu fecit Galtherus, auctor huius libri, antequam carmen incepisset, quia timuit morte praeveniri:

Insula me genuit, rapuit Castellio nomen,
Pertremuit modulis Gallia tota meis.
Gesta ducis Macedum scripsi, sed syncopa fati
Inceptum clausit obice mortis opus.

P. L. 209, 463—572. Praemittuntur fol. 1. prolegomena historica: Philippus pater Alexandri cum esset — regressus est in patriam suam Aethiopiam. *Chevalier, col. 816. Fabricius, Bibl. lat. med. 3, 328 sqq. Graesse. Literärgesch. II. 3, 443 sq. Hist. litt. XV, 100 sqq. Hdschr. S. Gall. cod. 1114. Tabb. codd. Vindob. 246, 2. Hain, 7453.*

CODEX 87. olim signatus 5/4.

Foliorum 95, 226 : 154 mm., lineis plenis exaratus saeculo XII. sub beato Frowino abbate, quod patet ex versibus fol. 1:

Ad fratrum lumen pater hoc Frowine volumen
Scribi fecisti, lux luceat o tibi Christi.

Codex rubricatus et aliquot amplioribus litteris initialibus est insignis.

1º Aurelii Augustini de doctrina christiana libri quatuor. *Fol. 2—94.*

Sunt praecepta quaedam tractandarum scripturarum — facultate disserui. *P. L. 34, 15—122. Praemittitur (fol. 1. et 2.)* Retractatio s. Augustini super libros de doctrina christiana. Libros de doctrina — Sunt praecepta quaedam. *Retr. II, 4. P. L. 32, 631—632.*

2º *Succincta relatio de baptismo s. Augustini, in qua hymnus ‚Te Deum' ss. Ambrosio et Augustino tribuitur. Fol. 94.*

(U)bi tempus advenit quo in Christo renasceretur — non confundar in aeternum.

3º *De profanarum litterarum studiis sententiae ex ss. Hieronymi, Gregorii et Augustini scriptis collectae. Fol. 94'. et 95.*

(B)eatus Hieronimus in tractatu super epistolam ad Ephesios — Ecce ubi sum, flete mecum.

CODEX 88. olim signatus 5/5.

Foliorum 106 (praeter unum insiticium), 228: 158 mm., lineis plenis exaratus saeculo XII. sub beato Frowino abbate, quod innuunt in capite codicis versus sequentes:

Cur aut unde minus habet a mercede Frovinus?
Cum scriptor scripsi, manus autem paruit ipsi.

Litterae initiales minio ductae sunt, duabus exceptis quae luculentius delineatae variisque coloribus ornatae exstant.

Augustinus S. Aur. De sermone domini in monte secundum Matthaeum libri duo.

Sermonem quem locutus est Jhesus — si volumus aedificare super petram. *P. L. 34, 1229—1308. Praemittitur* Retractatio s. Augustini de sermone domini in monte. Per idem tempus de sermone — sermonem quem locutus est dominus. *Retract. I. 19. P. L. 32. 614—617.*

CODEX 89. olim signatus 5/36.

Foliorum 111, 205 : 140 mm., lineis plenis exaratus saeculo XII., titulis miniatis distinctus. Folia 1—80. sunt rescripta; antiquae scripturae vestigia indicant missale saeculi IX.

1.° Liber sancti Augustini ad Valentinum monachum de gratia et libero arbitrio. *Fol. 1—27'.*

Propter eos qui hominis liberum arbitrium — in saecula saeculorum. Amen. *P. L. 44, 881—912.*

2.° Epistola Prosperi *Aquitani* ad sanctum Augustinum *de praedestinatione. Fol. 28—33'.*

Ignotus quidem tibi facie — honorande praestantissime patrone. *P. L. 33. 1002—1007. vel 44. 947—954.*

3.° Epistola sancti Hylarii ad sanctum Augustinum *de praedestinatione. Fol. 33'—38'.*

Si cessantibus contradicentium quaestionibus — dominus confirmare et custodire dignetur. *P. L. 33. 1007—1012. vel 44. 953—960.*

4.° Liber sancti Augustini de praedestinatione Sanctorum ad suprascriptos Prosperum et Hylarium. *Fol. 38'—63.*

Dixisse quidem apostolum scimus — ne offendat unius nimia longitudo. *P. L. 44. 959—992.*

5.° Liber secundus *s. Augustini* de bono *(lege: dono)* perseverantiae. *Fol. 63—93.*

Jam de perseverantia diligentius disputandum est — dignanterque nosse quod scribo. *P. L. 45. 993—1034.*

6.° *Bernardus S. Claraevallensis. Tractatus de gratia et libero arbitrio. Fol. 93—111.*

Loquente me coram aliquando et dei in me — hos et magnificavit. *P. L. 182, 1001—1039.*

CODEX 90. olim signatus 5/38.

Foliorum 166, 205 : 142 mm., lineis plenis saeculo XII. exaratus et rubricatus. Folia rescripta (1—17; 19—26; 29 et 30; 33 et 34; 37—44.) partes sunt antiqui missalis saeculi IX.

1º De antichristo. *Fol. 1—6'.*

Antichristus dicitur, quia in cunctis contrarius erit et Christo contraria faciet — qua ante saeculum iudicandum praefixit. *Pseudo-Augustinus. P. L. 40, 1131—1134. Cfr. cod. 44. loco 16º*

2º *Petrus Damiani. S. Opusculum de novissimis et antichristo. Fol. 6'—10.*

Dilectissimo fratri Adae Petrus peccator monachus humilem in domino servitutem. Quod me, fr. c. quid ante mundi creationem fuerit — longe ante defunctis. Finit idem dies iudicii. *P. L. 145, 837—842. Chevalier, col. 1816.*

3º De sacramentis fidei christianae. *Hugonis a S. Victore liber II. Fol. 10—147.*

Praefatiuncula. *(rubr.)* Magnae sunt in scripturis sacris — ad divina sublevaret. Eiusdem libri partium distinctiones. *(rubr.)* In hoc secundo libro, sicut in primo *etc.*

Liber II. de incarnatione verbi et expletione et exhibitione gratiae et de sacramentis novi testamenti usque ad finem omnium. Prima pars de incarnatione verbi et tempore gratiae. *(rubr.)* In superiori parte operis huius — Ecce quid erit in fine sine fine. Expliciunt sententiae magistri Hugonis de nono *(lege: novo)* testamento. *P. L. 176. 363—618. Chevalier, col. 1095. Fabricius, Bibl. lat. med. 3. 881 sqq.*

4º *Sententiae seu annotationes in varios sacrae scripturae locos. Fol. 147—160.*

Ait dominus de servis suis: Negotiamini dum venio. Dominus venit — notavit naturalem carnis orationem.

Eadem et similia inveniuntur inter opera Hugonis a S. Victore. P. L. 177, 795.

5º *Excerpta ex capp. 6. et 1. libri VIII. de universo, Rhabano Mauro auctore. Fol. 160—166'.*

(U)num nomen avium, sed genus diversum — glutinare fertur vitri fragmenta. *(De avibus.) P. L. 111, 240—255*

(L)eonis vocabulum · ex Graeca origine inflexum — Indi ligneis turribus collocatis tamquam de muro iaculis dimicant. *(De bestiis.) P. L. 111. 217 B—221 D.*

CODEX 91. olim signatus 5/37.

Foliorum 70, 208 : 146 mm., partim columnis binis (fol. 1—54.), partim lineis plenis (fol. 55—70.) exaratus saeculo XIII. Tituli et initiales litterae minio signata sunt; inter folia 54. et 55. tria folia excisa perierunt; folia 9—24. 35—38. sunt rescripta.

1º Summa Johannis Beleti de divinis officiis.

In primitiva ecclesia prohibitum erat — et mortuus est apud Armenios. Hic finis est summae magistri Johannis Beleth. *Rebus concordat, verbis autem non parum differt a textu edito P. L. 202, 13 sqq. Cfr. Chevalier, col. 255. Fabricius, Bibl. lat. med. 4. 155.*

2º *Quinque versus de phlebotomia. Fol. 70'.*

In Februo minuas VIº Xº que Kalendas
Martis et ex dextra; minuas securus Aprilis
XIº laeva; fiatque minutio Maio
Quavis parte libet Junii Vº ante Kalendas.
Sic febres vitas, ut non patieris acutas.

3º *Tres versus de cognatis Christi. Fol. 70'.*

Ex Joachim, Cleopha, Saloma tres Anna Marias
Quas habuit nupsit Joseph, Alphaeo, Zebedaeo;
Unius haec mater, haec quatuor, illa duorum.

CODEX 92. olim signatus 5/13.

Foliorum 68, 212 : 146 mm., columnis binis exaratus saeculo XIII. extremo; maior pars codicis (fol. 1—55.) rubris initialibus litteris et titulis distinctus est.

1.° *Homiliae in evangelia dominicalia. Fol. 1—44'.*

2.° *Homiliae in epistolas dominicales. Fol. 45—62.*

3.° *Notae superstitiosae de die natali. Fol. 62.*

Die dominica qui natus, magnus erit — si sabbato, raro vitalis erit.

4.° *Excerpta ex variis libris sacrae scripturae veteris ac novi testamenti. Fol. 62—67.*

(E) Sayas. Quomodo sicuti *(lege: si cui)* mater blandiatur — participem me praebui. *(Tobias.)*

5.° *Dicta ex SS. Patribus et sacra scriptura collecta de superbia. Fol. 67. et 68.*

(S) Vperbia hominem deicit, unde Daniel V.° — cervix inflexibilis, oculi vagi, et discur- || *Caetera desunt.*

6.° *Formulae medicinales germanicae. Fol. 68'.*

Saeculo XIV. lineis plenis scriptae per me Volricum Stutzer ordinis huius monasterii. Dis ift von der lungen, fo das harn luter vnd rot ift, — vnd iffe das, fo beffert fich dú ftime.

CODEX 93. olim signatus 5/27.

Foliorum 46, 216 : 158 mm., columnis binis exaratus saeculo XIV. Praeter duo folia rubricata codex omni ornatu caret.

1.° *Aegidius de Foscarariis, Bononiensis. Instructio iudicum et notariorum. Fol. 1—45'.*

In nomine domini nostri J. C. Ego Aegidius de Foscarariis, civis Bononiensis . . . ad instructionem iudicum et notariorum aggredior praesens opus — hoc igitur opus utilia ponens et inutilia praetermittens sub brevitate qua potui, terminavi ad laudem . . . seculorum. Amen. *Chevalier, col. 759. Fabricius, Bibl. lat. med. 1. 49.*

2º *Enumeratio partium iuris canonici et civilis atque modus singulas allegandi. Fol. 45'. et 46.*

Ut legentibus textum canonis atque summas iuris constare possit — Host. i. e. Hostiensis. Innocen. i. e. Innocentius.

NUM. 94.

Folia 8, 210 : 156 mm., ex tribus codicibus saeculo XIV. exaratis collecta.

Fragmenta.

Fol. 1. et 2. Ex Guillelmi de Lorris Roman de la Rose. v. 10101—10244:

Et saint noviaus pèlerinages —
Sans servitute et sans lien.

Et v. 11115—11267:

Car ge, por ma vie amender —
Puisque Tibulus m'est faillis.

(Editio Francisque Michel. 2 voll. Paris. 1864.) Hist. litt. XXIII, 1 sqq.

Fol. 3—6. Ex Boetii A. Manl. Sev. de consolatione philosophiae libro IV. . . . mita, meis vehiculis revertaris. — minime administrare. *P. L. 63. 788 A—793 A.* . . . beatos liquet — ulcere saeviunt. *P. L. 63. 798 B—803 B.* . . . geritur quod stupeant — quae in praemium. *P. L. 63. 818 B—824 A.*

Fol. 7. et 8. Ex Ovidii P. Nas. Heroidum epistolis. XVIII. 144 usque ad XIX. 6.

Aut etiam totis classibus esse trucem —
Suspicor ingenuas erubuisse genas.

Et XIX, 155—228.

. . . . verba altera pacti —
Jurata vel non, talis habendus erit.

NUM. 94. a.

Folia 21 diversae formae, ex diversis codicibus saec. XIV.—XVI. collecta.

Fragmenta variorum opusculorum idiomate germanico conceptorum.

Fol. 1—4. saec. XV. Ex tractatu ascetico: begeret hefft. nu fcholtu feen den konnig aller konnighe . . .

Fol. 5. et 6. saec. XIV. Ex opusculo mystico: daz man fprichet er fi ein trieger oder ein fmeher . . . *Cfr. Bartsch. Germania VI (XVIII), 70.*

Fol. 7. saec. XV. Fragmentum eiusdem generis: daz ich fus, vnd fo minen willen môchte haben . . .

Fol. 8. et 9. columnis binis, saec. XV. Ex horologio sapientiae cap. 17: kind. O we kind minf. O we minf herzen frodenriche fpiegel . . . *Cap. 19:* denne. an diner befferunge vnd an dienem verdienten lone . . .

Fol. 10. duplici columnâ, saec. XVI. Preces: (H)erre Jhesu Christe des lebendigen Gottes fun, der da hangende an dem crúce fúr die súnder . . .

Fol. 11. et 12. saec. XV. Ex quodam tractatu dogmatico; fol. 11: pars indicis, fol. 12: Warumb got alle fúne werke gewirket . . .

Fol. 13. saec. XIV. Henr. de Meisen, dictus Frauenlob: Wo wnnenbernder svez vrsprinc . . . *Bartsch, Germania XI (XXIII). 48. Goedeke I, 254 sqq.*

Fol. 14. saec. XIV. Fragmentum carminis ‚Von den neun Rittern und neun Frauen': finer ellenthaften witze . . . *Bartsch, Germania XI (XXIII), 47.*

Fol. 15. et 16. columnis binis, saec. XIV. Ex quodam lectionario: gibet famen, den ef fendet *etc.* An dem zigeftage lucas ewgl. *(rubr.)* In der zit do Jhesus . . . *Bartsch. Germania VI (XVIII), 72.*

Fol. 17—20. binis columnis, saec. XIV. Ex altero lectionario: einen menfchen, der v̊ch die warheit hat gefeit *etc.* Der erfte funnentag vor dem balmtag. Jo. *(rubr.)* Wer vffer v̊ch fchuldiget mich von den fúnden . . .

Fol. 21. saec. XV. Rubricae officii infra octavam festi Corporis Christi: Die complet dur dif wchen ift gelich . . .

NUM. 95.

Folia 23 partim mutila, 205 : 147 mm., relicta ex duobus codicibus saeculo XIII. lineis plenis exaratis; tituli minio sunt ducti itemque litterae initiales.

Fragmenta duorum gradualium cum neumis.

CODEX 96. olim signatus 3/33.

Foliorum 230, 216 : 158 mm., lineis plenis exaratus, initialibus litteris rubri caeruleique coloris varius, folio primo coloratis ornamentis ac figuris ornatus: finitus sub anno domini millesimo quadringentesimo octuagesimo septimo, sexta feria ante festum s. Galli per me Jacobum Kapfman de sancto Gallo. *(fol. 230.)*

Psalterium dispositum per hebdomadam cum ordinario officii de tempore iuxta ritum Romanae ecclesiae.

CODEX 97.

Foliorum 68, 220 : 148 mm., lineis plenis exaratus saeculo XIV., rubris caeruleisque initialibus litteris decoratus. Ab initio 14 circiter folia desunt.

Psalterium pro usu chori cum canticis biblicis, Ambrosiano et symbolo s. Athanasii.

CODEX 98. olim signatus 3/32.

Foliorum 176, 223 : 158 mm., lineis plenis exaratus saeculo XIII. labente. Singulorum psalmorum et versiculorum initia ornantur litteris alternis rubei caeruleique coloris vel uberius excultis vel simplicioribus; aliquot ampliores litterae et tabulae (fol. 7—11.) figuras repraesentant variis coloribus depictas auroque splendentes.

Psalterium pro usu chori, adiectis calendario, canticis biblicis, symbolis apostolorum et s. Athanasii atque litaniis OO. Sanctorum.

CODEX 99. olim signatus 3/34.

Foliorum 307 (quorum 92. 93. et 94. desiderantur), 210 : 152 mm., columnis binis exaratus saeculis XIV. et XIII., distinctus rubricis plurimisque rubris ac caeruleis litteris initialibus, inter quas non paucae ampliores coloribus sunt pictae et calligraphicis ornamentis exornatae.

Breviarium monasticum.

Rubricae magna ex parte sunt germanicae. Fol. 1—91 (saec. XIV.): Calendarium et psalterium per hebdomadam dispositum; fol. 95—307 (saec. XIII.): Proprium de tempore et de Sanctis.

CODEX 100. olim signatus 3/35.

Foliorum 414, 202 : 146 mm., columnis binis exaratus saeculo XIV., rubricis, litteris initialibus et ornamentis decoratus sicut codex praecedens.

Breviarium monasticum cum calendario.

Rubricae partim sunt germanicae.

CODEX 101. olim signatus 4/22.

Foliorum 330, 218 : 154 mm., lineis plenis exaratus saeculo XIV., quoad ornatum praecedentibus similis. Inter folia 25. et 26. duo sunt excisa; nota numeralis 9 est duplicata.

Breviarium monasticum cum rubricis partim germanicis et adiecto calendario.

Ab initio codicis addita est saeculo XV. Historia *(i. e. officium)* de festo visitationis Mariae virginis *et partes officii* Von Sant Elifabeth.

CODEX 101. a.

Paginarum 50. 215 : 163 mm., lineis plenis scriptus 1732. Litterae initiales sunt miniatae, tituli vero rubro caeruleoque colore varii et singulae paginae marginatae caeruleis lineis inclusae. Codex mutilus est ab initio (paginae 1—8. desiderantur) et in fine.

Sacrificium vespertinum . . . sive antiphonae vesperales praecipuarum festivitatum . . . a quodam monasterii S. G*(alli)* professo conscriptae. 1732.

CODEX 102. olim signatus 4/23.

Foliorum 151. 220 : 155 mm., partim lineis plenis (fol. 1—13. 139'—142'. 145—151.), partim columnis binis (fol. 13'—139. 143. et 144.) exaratus saeculo XII. Codex nitidissime est scriptus et titulis atque initialibus litteris miniatis distinctus, longo tamen usu non parum attritus.

Directorium cantus neumis ornatum, fol. 13'—144. Calendarium Sanctorum et tabulae pro temporibus ecclesiasticis definiendis, fol. 3'—11'.

Fol. 1. (Saec. XIII. sine neumis.) In dedicatione ecclesiae sicut Veni sancte spiritus. *(rubr.)* Haec est domus domini . . . *Morel, Hymn. pag. 59. num. 96.*

Eodem folio. (Saec. XIV. sine neumis.) Sis memor agnorum, pastor benedicte tuorum nosque fer ad caulas, pie pastor ad heteris *(lege: aetheris)* aulas.

Eodem folio. (Saec. XIV. cum neumis.) Hic est custos virginis . . . *I. Stropha hymni de s. Joanne. Morel, l. c. pag. 160. num. 254.*

Fol. 1'. (Saec. XIV. cum neumis.) Ave regina coelorum . . . *Daniel. Thesaur. 2. 319. num. X.*

Eodem folio. (Saec. XII. cum neumis.) Ex filiabus Babilonis . . . *Versus super „Benedicamus". Morel, l. c. pag. 102. num. 170. II.*

Eodem folio. (Saec. XII. cum neumis.) Gaudendum nobis est *etc.* Fregit Adam interdictum . . . *Prosa in nativitate domini. Mone, Hymn. 1. 55. num. 37.*

Fol. 2. (Saec. XIII.) Notificamus tam praesentibus quam futuris, quod Petrus miles de Waltirsperch . . . *Kopp. Urkunden II, 130 sub num. 63.*

Eodem folio. (Saec. XII. cum neumis.) Sanctus. Divinum misterium . . . *Trisagium. Mone, l. c. 1, 305. num. 240.*

Eodem folio. (Saec. XIII.) Notificamus praesentibus et fu ??? Berhtoldus ader vurun civis Lucernensis cum uxore ??? confraternitatem susceperunt.

Fol. 2'. (Saec. XIII. sine neumis.) Firmator sancte firmamenti, eleyson . . . *Versus super ,Kyrie'. Morel, l. c. pag. 56. num. 89.*

Fol. 3. (Saec. XII.) Alta domat dominus gratis beat aequa gerentes . . . *6 hexametri.*

Eodem folio. (Saec. XII.) Solve tuis Moyses pedibus pelles pecuales . . . *4 versus.*

Eodem folio. (Saec. XII.) Fert Aaron virgam, quae signat flore Mariam . . . *4 versus.*

Eodem folio. (Saec. XII.) Qui resides coelis et condita cuncta tueris . . . *3 versus.*

Fol. 4. in margine. (Saec. XIII.) Noverint universi tam praesentes quam futuri, quod Heinricus de Kerns, dictus nit der chilchun, debet annuatim solvere VIII denarios in festo sci Andreae, de bono vnder velt situm *(sic)* quorum quatuor dat pro se et uxore sua et IIII pro quodam Egelolfo, qui fuit conversus in Honrein.

Fol. 12. (Saec. XII. cum neumis.) Stirps Jesse floruerat . . . *Morel, l. c. pag. 102. num. 171.*

Eodem folio. (Saec. XII. cum neumis.) Surrexit Christus a mortuis . . . *Morel, l. c. pag. 43. num. 72.*

Eodem folio. (Saec. XII. cum neumis.) Spiritus sanctus apostolis — Benedicamus domino.

Eodem folio. (Saec. XIII. sine notatione musica.) Wrod Wrowi dic maria gǒt . . . *Carmen germanicum de s. Maria. Bartsch, Germania VI (XVIII), pag. 50 sqq.*

Eodem folio. (Saec. XIII. cum neumis.) Audi chorum organicum . . . *Encomium organi pneumatici. Schubiger, Spicilegien pag. 90.*

Fol. 12'. (Saec. XIII. cum neumis.) Mater dei creditur . . . *Versus super ,Benedicamus' in assumptione B. V. M. Morel, l. c. pag. 95. num. 154.*

Eodem folio. (Saec. XIII. cum neumis.) Rex deus deorum . . . *Versus in ,Deus in adiutorium'. Partim ed. Morel, l. c. pag. 95. num. 155.*

Fol. 13. (Saec. XII. sine neumis.) Flos de spina procreatur . . . Speciosus forma . . . Sol de sole prodiens . . . *Tres hymni de B. V. M. Morel, l. c. pagg. 123. 124. numm. 194. 195. 196.*

Eodem folio. (Saec. XII.) Anna solet dici tres concepisse Marias . . . *6 hexametri de cognatis Christi. Cfr. cod. 128. loco 9.*

Fol. 71'. (Saec. XIII. sine neumis.) De sancta cruce. *(rubr.)* Laudemus creatorem . . . *Morel, l. c. pag. 31. num. 51.*

Eodem folio. (Saec. XIII. cum neumis.) Trinitatem reserat aquila . . . *De s. Joanne evang. Mone l. c. 3, 111. num. 703.*

Fol. 72. (Saec. XIII. sine neumis.) Imperatrix gloriosa ... *De s. Maria. Mone, l. c. 2, 78. num. 385.*

Eodem folio. (Saec. XIII. sine neumis.) (H)ic est custos virginis ... *De s. Joanne evang. Morel, l. c. pag. 160. num. 254.*

Eodem folio. (Saec. XIII. sine neumis.) Hic sanctus cuius hodie ... *Morel, l. c. pag. 139. num. 214.*

Fol. 72'. (Saec. XIII. sine neumis.) Qui sunt isti qui volant ... *De ss. apostolis. Daniel, l. c. 2. 181. num. CLXVIII.*

Eodem folio. (Saec. XIII. sine neumis.) Morsus anguis nos omnes ... *De corpore Christi. Mone, l. c. 1. 273. num. 208.*

Fol. 139. (Saec. XIII. sine neumis.) Ecce venit de Sion ... *De nativitate domini. Morel, l. c. pag. 7. num. 12.*

Eodem folio. (Saec. XIII.) Notificamus tam praesentibus quam futuris Chônrado de Salem calicem et alia quaedam s. dei genitrici semper virgini Mariae danti nos plenam fraternitatem et quandocunque obierit, sibi sicuti fratri nostro in orationibus facere promisisse.

Fol. 141. (Saec. XIII.) Partus integritas discordes tempore longo ... *3 disticha de B. V. M. Morel, l. c. pag. 7. num. 13.*

Fol. 141'. (Saec. XII. cum neumis.) Laudes crucis attolamus ... *De s. cruce. Daniel, l. c. 2, 78. num. C.*

Fol. 142. (Saec. XII. cum neumis.) Alleluia. Salve virga florens Aaron ... *Super ‚Kyrie' in missa de B. V. M. Morel, l. c. pag. 56. num. 90.*

Fol. 142'. (Saec. XII. cum neumis.) Decus ecclesiae recitatur hodie. Lectio libri apocalypsis ... *Tropus super epistolam in dedicatione ecclesiae.*

Fol. 143'. (Saec. XIV. cum neumis.) Gaude coelestis curia, Afra ... *De s. Afra.*

Fol. 144'. (Saec. XII. cum neumis.) Templum hoc pacificus ... *In dedicatione. Morel, l. c. pag. 61. num. 101.*

Eodem folio. (Saec. XII. cum neumis.) Laude plebs digna ...

Eodem folio. (Saec. XII. cum neumis.) Exsultemus et cantemus domino qui sub Yesse fecit esse deus et homo ...

Fol. 145. (Saec. XIV. cum neumis.) Pater cuncta qui gubernas ... *Super ‚Kyrie'. Mone, l. c. 1. 299. num. 235.*

Eodem folio. (Saec. XIV. cum neumis.) Voce choros sonet gratus ... *De s. Katherina.*

Fol. 145'. (Saec. XIII. cum neumis.) Ave mater domini ... *De s. Maria.*

Eodem folio. (Saec. XIII. sine neumis.) De supernis affer nuntium ... *Super ‚Deus in adiutorium'. Morel, l. c. pag. 63. num. 104.*

Fol. 146. (Saec. XII. cum neumis.) Officium monasticum In festivitate sanctae Katherinae *(rubr.) per totum metrice compositum.* Ave virgo speciosa ... *Mone, l. c. 3, 369. num. 1005.*

Fol. 148'. (Saec. XII. cum neumis.) Voce cordis ... *Mone, l. c. 3. 349. num. 984.*

Ibidem. (Saec. XII. cum neumis.) Sequentia de s. Katherina. *(rubr.)* Sanctissimae virginis votiva festa ... *Mone, l. c. 3, 350. num. 985.*

Fol. 149. *(Saec. XII. cum neumis.)* Ad vesperam Ymnus. *(rubr.)* Concordemus cordibus . . . *Mone, l. c. 3, 375. num. 1011.*

Ibidem. *(Saec. XII. cum neumis.)* Pange lingua gloriosae . . . *Mone, l. c. 3, 368. numm. 1003. 1004.*

Fol. 149'. *(Saec. XII. cum neumis.)* Ad laudes. *(rubr.)* Katherinae collaudemus . . . *Morel, l. c. pag. 259. num. 459.*

Fol. 150. *(Saec. XIII. cum neumis.)* Vigore dulci pullulans . . . *Super ‚Benedicamus'. Morel, l. c. pag. 102. num. 170. I.*

Eodem folio. *(Saec. XIII. cum neumis.)* In conflictu nobili . . . *De redemptione. Morel, l. c. pag. 28. num. 46.*

Fol. 150'. *(Saec. XIII. cum neumis.)* Ave nunc genitrix Maria e*(leyson)* . . . *Tropus super ‚Kyrie', ‚Sanctus' et ‚Agnus' in missa de Beata.*

Eodem folio. *(Saec. XIII. sine neumis.)* Pater ingenitus a quo sunt omnia . . . *Tropus de incarnatione domini. Mone, l. c. 1, 30. num. 23.*

Ibidem. *(Saec. XIII. cum neumis.)* Austro tuis influente surgens cedit aquilo . . . *De Spiritu sancto.*

Ibidem. *(Saec. XIII. cum neumis.)* Mandragorae dederunt odores . . . *Responsoria ex cantico canticorum desumpta.*

Ibidem. *(Saec. XIII. cum neumis, scripturâ paene deletâ.)* Candissimi *(sic)* exercitus reginam tandem ictu . . . *Responsorium de XI millibus virginum.*

Fol. 151. Anno domini MCCLXVIIII peractum est. | Notum sit omnibus hoc scriptum legentibus vel audientibus quod Marchwardus de Hasle | dictus de Bottingin divino tactus spiritu ob remedium et salutem animae patris sui March | wardi, cuius dies anniversarius VIII° Idus Octobris, et aliorum parentum suorum contulit monasterio | nostro scilicet Montis Angelorum aream sitam in Bottingin apud ripam valentem et solventem unum solidum | annuatim pro censu ea conditione scilicet ut haeredes ipsius eandem possideant possessionem | ac censum persolvant praedictae ecclesiae. Si vero contingeret *etc.*

Eodem folio. Noverint omnes — MCCLXVII mense Julii in festo Kiliani. *Kopp, Urkunden II, 129. num. 63.*

Ibidem. Significamus omnibus hoc scriptum audituris, quod dominus Bertoldus . . . *Cfr. Kopp, Urk. II, 129. nota ad num. 63.*

Eodem folio. *(Saec. XIII. cum neumis.)* Katherina ut pervertat . . . *Versus de s. Katherina.*

Ibidem. *(Saec. XIII. cum neumis.)* Ave virgo speciosa Katherina gratiosa, nostrae vallis gloria . . . *Hymnus de s. Katherina, lectu difficillimus.*

Fol. 151'. *(Saec. XIII. cum neumis.)* Virginalis turma sexus . . . *De XI millibus virginum. Mone, 3, 541. num. 1194.*

De directoriis cantus cfr. Schubiger, Sängerschule St. Gallens, pag. 21. (Einsiedeln 1858.)

CODEX 103. olim signatus 5/39.

Foliorum 200, 195 : 113 mm., partim columnis binis (fol. 1—72; 172—200.), partim lineis plenis (fol. 73—171.) exaratus saeculo XII. diligentissime scriptus et rubricatus, paucis maioribus litteris initialibus decoratus, quarum unam (fol. 73'.) manus furaces exciderunt. Folia 197—200. saec. XIII. sunt exarata et initia colore viridi tincta. Inter folia 175. et 176. non pauca desunt.

Breviarium monasticum sine psalterio.

Lectiones de tempore (fol. 1—56'.), de Sanctis (fol. 57—70'.); Litaniae OO. Sanctorum (fol. 71. et 72.); Responsoria et antiphonae cum neumis (fol. 73—171'.); Cantica biblica (fol. 172. et 173.); Hymni de tempore (fol. 174. et 175.); Calendarium Sanctorum (fol. 176'—178.); Capitula et orationes (fol. 179—197.); item orationes, capitula et benedictiones e. g. cerei, in capite ieiunii cinerum, agni in die paschae, herbarum in assumptione b. Mariae virginis *(fol. 197'—200.)*

CODEX 104. olim signatus 5/34.

Foliorum 60, 210 : 148 mm., partim lineis plenis (fol. 1. et 2. 53—60.), partim columnis binis (fol. 3—52.) exaratus saeculis XI. XIII. et XIV. Scripturam saeculi XIII. ornant litterae initiales rubro caeruleoque colore variae, circa finem codicis minio tantum ductae.

1° *Saec. XI. Fragmentum bibliae sacrae. Fol. 1. et 2.*

Luc. 24. 13. mirans quod factum fuerat — Explicit evangelium secundum Lucam. Incipit argumentum in Johannem. Hic est Johannes evangelista dei — Explicit argumentum. *P. L. 92, 633.*

2° *Saec. XIII. Fragmenta breviarii. Fol. 3—52. et 55—60.*

In calendario promulgatur festum Sci Patris nostri Dominici. *Rubricae sunt germanicae.*

3° *Saec. XIV. Variae benedictiones inter quas formula imprecatoria germanica contra cholicam. Fol. 52'. et 53.*

Ich beschwer dich bernmůter — in gottes namen. amen. *Bartsch. Germania VI (XVIII), 52.*

4° *Saec. XIV. Regulae de tempore phlebotomiae. Fol. 53'.*

Luna prima tota die bona — non est bona.

5° *Saec. XIV. Circuli* ad inveniendum aureum numerum; numerum epactarum; litteram dominicalem *etc. Fol. 54.*

CODEX 105. olim signatus 5/45.

Foliorum 359. 195 : 120 mm., lineis plenis exaratus saec. XIV. et XIII. In recentiori parte (fol. 1—53.) litterae initiales minio tinctae sunt et rubricae plerumque germanicae rubris lineis subductae; antiquior pars (fol. 54—359.) alternis rubei et caerulei coloris litteris initialibus variisque ornamentis decorata est.

Breviarium monasticum cum calendario.

CODEX 106. olim signatus 4/26.

Foliorum 358. 186 : 144 mm., binis columnis (calendarium fol. 1—6. lineis plenis) exaratus saeculo XIV. Maiores litterae initiales et ornamenta variis coloribus sunt picta, initia versiculorum alternis rubris et caeruleis litteris distincta.

Breviarium monasticum cum calendario.

Rubricae partim sunt germanicae.

CODEX 107. olim signatus 4/27.

Foliorum 440. 195 : 138 mm., partim saeculo XV. columnis binis (fol. 1—69. 254—440.), partim saeculo XIV. lineis plenis (fol. 70—253.) exaratus. Pars antiquior est rubricata tantum; variant autem litterae initiales rubri caeruleique coloris in parte recentiori, quae finita est (cfr. fol. 56. et 356.) per manus Leonardi Grieb, canonici ecclesiae sci Leonardi Bas*(ileae)* anno domini M°CCCC°XXIX°. *Folium 2. et aliquot folia ad calcem desiderantur.*

Breviarium ad usum ecclesiae Basileensis.

Psalterium cum canticis biblicis et officium defunctorum (fol. 1—58.); regulae novi breviarii *(fol. 59—68.); lectiones de s. Barbara (fol. 68'—69'.); proprium de tempore et de Sanctis, lectionibus exceptis (fol. 70—253'.); lectiones de tempore (fol. 254—356.); lectiones de Sanctis (fol. 356'—440.).*

CODEX 108. olim signatus 6/1.

Foliorum 376, 196 : 136 mm., partim columnis binis saeculo XIV. (fol. 1—335.), partim lineis plenis saeculo XV. (fol. 336—376.) exaratus. Codex per totum est rubricatus, insuper pars antiquior alternis rubris caeruleisque initialibus litteris uberrime ornata.

Breviarium monasticum cum calendario.

Folia 336—376 variis manibus saeculo XV. scripta exhibent Orationes pro peccatis in quadragesima, *varia officia Sanctorum,* commemorationes *multasque rubricas germanicas.*

CODEX 109. olim signatus 6/2.

Foliorum 363, 193 : 136 mm., columnis binis (calendarium fol. 1—6. lineis plenis) exaratus saeculo XIV. Litterae initiales rubri caeruleique coloris alternatim singula versiculorum initia ornant, maiorum autem partium initia litteris et ornamentis decorantur quae variis coloribus confecta hinc inde ad totius folii margines redundant. Inter folia 7. et 8.; 17. et 18.; 180. et 181. singula folia et nonnulla ad calcem desunt.

Breviarium monasticum.

Hic codex liturgicus, cui manus recentior aliquot nova officia adiecit (fol. 337—363.), scriptus fuit ad usum monialium. Cfr. fol. 210: Exaudi domine Jhesu Christe preces ancillarum tuarum . . . Jube domna benedicere.

CODEX 110. olim signatus 6/3.

Foliorum 133 (V et 128), 195 : 145 mm., lineis plenis exaratus saeculo XIV., bene rubricatus et nonnullis maioribus litteris pictis atque deauratis distinctus. Folium I. menses Januarii et Februarii continens evulsum deperiit, et a fine codex est mutilus.

Psalterium pro usu chori cum calendario, canticis biblicis, symbolo s. Athanasii et litaniis OO. Sanctorum.

Fol. II. Orationes in honorem ss. trium regum: Rex Melchior cui deus concessit mentis et corporis canitiem — angustiis et tribulationibus meis vel nostris.

CODEX 111. olim signatus 5/49.

Foliorum 136, 184 : 134 mm., duplici columnâ (folia 1—7. lineis plenis) exaratus saeculo XV., initialibus litteris rubei et caerulei coloris varius.

Fragmenta breviarii monastici.

Calendarium et psalterium per hebdomadam dispositum sunt integra; de partibus autem breviarii, quae ‚Proprium de tempore et de Sanctis' nuncupantur, non nisi 12 interrupta folia supersunt. Fol. 125—136.

CODEX 112. olim signatus 6/5.

Foliorum 112, 184 : 136 mm., lineis plenis exaratus saeculo XIII. labente, bene rubricatus. Folia 1—8. 105. et 112. quae perierunt, manus saeculi XVI. refecit.

Psalterium pro usu chori cum canticis biblicis, Ambrosiano et symbolo Athanasiano.

CODEX 113. olim signatus 6/6.

Foliorum 161, 192 : 130 mm., lineis plenis exaratus saeculo XIII. Initia versiculorum alternatim sunt rubra et caerulea; passim occurrunt etiam litterae initiales quae. sicut tabulae (fol. 7—10.) vitam et passionem domini repraesentantes, figuras exhibent variis depictas coloribus laminis aureis superpositas.

Psalterium pro usu chori cum calendario, canticis biblicis et Ambrosiano, symbolo s. Athanasii et litaniis OO. Sanctorum.

CODEX 114.

Foliorum 320, 190 : 133 mm., lineis plenis (calendarium fol. 1—3. duplici columnâ) exaratus saeculo XIII., foliis 1—22. exceptis quae saeculo XIV. adiecta sunt. Codex uberrime rubricatus a fine est mutilus.

Breviarium monasticum cum calendario, sine psalmis et canticis.

CODEX 115. olim signatus 6/4.

Foliorum 545, 180 : 128 mm., duplici columnâ (calendarium fol. 1—6. lineis plenis) exaratus anno domini MCCC° primo, in decollatione sancti Johannis Baptistae. Hunc librum Petrus quia scripsit, sit benedictus *(fol. 481.). Codex rubricatus et alternis rubris caeruleisque initialibus litteris est distinctus. longo tamen usu non parum attritus.*

Breviarium in usum clericorum regularium Ord. s. Augustini cum calendario.

Nomen s. Augustini in calendario minio est ductum et eiusdem sancti officium (fol. 407—410.) per totum ‚proprium'.

CODEX 116. olim signatus 5/41.

Foliorum 98, 200 : 130 mm., columnis binis exaratus saeculo XIII. Tituli rubricati sunt et singula sermonum initia alternatim rubris atque caeruleis litteris ornata. Codex ab initio et a fine mutilus.

Sermones bini ac bini in singulas epistolas et evangelia dominicarum per totum annum.

CODEX 117. olim signatus 5/44.

Foliorum 254 (multis schedulis minoris et minimae formae annumeratis), 196 : 91 mm., exaratus 1203, quod tempus indicant fol. 4'. versus sequentes:

Partus virginei sunt anni mille ducenti
Ter denique monas, cum scribitur ista studenti
Vlrichis articulis Aurora, sit apta legenti.

Initia partium rubris litteris notantur, tituli partim minio sunt tincti, partim lineis eiusdem coloris subducti, vel etiam superducti. Folia 200. et 201. chartacea, folia 242. et 243. scripturâ vacant.

1º *Petrus de Riga. Aurora cum additionibus et correctoriis Aegidii Parisiensis. Fol. 2—241.*

Praecedunt fol. 1'. decem versus memoriales libros sacrae scripturae enumerantes:

V. 1. Gen. Ex. Le. Nu. De. Jo. Ju. Ruth. Regni quaterna.
V. 10. Canonicae Jacobi. Pe. Jo. Judas. Apocalypsis.

Deinde sequuntur septem versus memoriales dona Spiritus sancti, evangelicas beatitudines et peccata capitalia mira mixtione connectentes:

V. 1. A timet, et regnat pauper, perit inde superbus.
V. 7. G sapit, et pacis est filius, hic fuge luxus.

Ultimo breve encomium beatae Mariae virginis: Vere in plenitudine Sanctorum detentio Mariae — castitas virginum.

Fol. 2. Incipit prologus super Auroram veteris et novi testamenti magistri P. Riga cognomine, a Sancto Spiritu rig. . . . (?) Fraternae caritatis quasi quadam sapit dulcedine . . .

Commendatio libri. *40 versus.*

V. 1. Stringere pauca libet bona carnis huius et ipsum
V. 40. Est quasi coelesti luce ciboque frui.

Fol. 2'. Epylogus. *22 versus.*

V. 1. Nil homini melius quam si diversa legendo
V. 22. Incipit hic Rigae bibliotheca Petri.

Propositio more poetarum. *18 versus.*

V. 1. Initium mundi quales ab origine prima
V. 18. His ego munificum venor habere deum.

Invocatio. *22 versus.*

V. 1. Da tua facta deus, ut persequar ore fideli
V. 22. Lector et hoc vigili primitus aure nota.

Fol. 3. Titulus libri totum illum illuminans. *12 versus.*

V. 1. Scire cupis lector, quis codicis istius auctor
V. 12. Consuit in corpus atque revinxit opus.

Praefatio magistri P. Rigae in Auroram. *(rubr.)* Omnis scriptura divinitus inspirata — vel quod invitus debeat sustinere.

Prologus. *(rubr.)* Porro hi obmutescant, qui circa figmenta poetarum — his ita dictis ad sequentia transeamus.

Fol. 4. Alius *(rubr.) prologus.* Frequens sodalium meorum petitio cum quibus conversando -- et veritatis fulgor patenter illuxit.

Fol. 5. Primo facta die duo coelum terra leguntur —

Fol. 153'. Incipit prologus super evangelia.

Post legem veterem respira Petre, refulget . . .

Fol. 224'. Explicit actus apostolorum. Incipit prologus utriusque libri. *22 versus.*

V. 1. Haec de lege nova veteri volumina complens
V. 22. Nostra rudimenti cura laborque tui.

Incipit recapitulatio totius libri. Primum capitulum sine A. *Versus lipogrammati. (Fol. 224'—233.)*

Principio rerum post quinque dies homo primus . . .

Fol. 233. Expliciunt tituli evangeliorum. Incipit Agnus paschalis. *(Fol. 233—240.)*

Ut legis Aegyptum dominus percussit et eius —
Sic etiam sese praebeat illa mihi.

Fol. 240. Scire cupis lector quis codicis istius auctor.
Petrus Riga vocor, cui Christus petra rigat cor.
Explicit bibliotheca sive Aurora.
Penna gradum siste, quoniam liber explicit iste.

Eodem folio. Distinctiones libri annotatae. *(rubr.) 40 versus.*
V. 1. Clauditur iste liber in quadraginta libellis
V. 40. Inde timoratus et bene cautus eris.

Fol. 240'. eadem manus adiecit quatuor versus Hildeberti ep. de partu virgineo:
Sol, nubes et aqua coelestis luminis yrim . . .
(P. L. 171, 1390. IX.) et eiusdem carmen de nativitate Christi:
Nectareum rorem terris instillat olimpus . . .
(P. L. 171, 1382. I.)

Fol. 241'. De libro Apocalypsis 28 versus.
V. 1. Ecclesiae libri sunt tres quos cura Johannis
V. 28. Ponit. bissena quoque nomina scribit in ipsis.

Cod. 329. Chevalier, col. 1833. Fabricius, Bibl. lat. med. 5, 816 et 1, 54. Hist. littér. XVII, 26—35. et 36—69. Leyser. Hist. poetarum med. aev. Halle 1721. Pag. 692 sqq. P. L. 212, 9 sqq.

2º *Warnerius Basileensis Synodus. Dialogus (Sophiam inter Tlepsin et Neocosmum) de historiis veteris ac novi testamenti, versibus leoninis conceptus. Fol. 244—254.*

Fol. 244. Incipit praefatio in libello, qui dicitur Synodus. (S)ynodos graece, latine dicitur coitus — Neocosmus novus mundus.

Fol. 244'. Warnerii epitaphium. 14 versus.
V. 1. Philosophia gemit, quod ei lex mortis ademit
V. 14. Hoc ignoscat ei gratia magna dei.

Fol. 245. Praefatio libelli. *10 versus.*
V. 1. Versibus emensis his auctor Basileensis
V. 10. Sensim primarum seriem coniunge vocarum.

Eodem folio. Incipit liber. So*(phia):*
Jam calor aestivus fervente leone nocivus —
Me non invita pausate quiete cupita.

Fol. 254'. Epilogus. 6 versus.
A synodo bellus bene dicitur iste libellus
Propter conventum; patet hoc animis sapientum
Praemia sperentur, vobis et retribuentur
Perceptum nisum, si tenditis ad paradysum,
Vestros conatus pater adiuvet et patre natus
Atque sacrum flamen; dicatur ab omnibus Amen.

Tabb. codd. Vindob. 1147, 5.

CODEX 118. olim signatus 5/43.

Foliorum 56, 190 : 142 mm., lineis plenis exaratus saeculo XIV. exeunte cum rubricis et rubris litteris initialibus. Folium 54. deest.

Liber ritualis seu obsequiale.

CODEX 119. olim signatus 5/47.

Volumen istud 87 foliorum constat tribus codicibus primitus diversis, deinde simul compactis, quorum primus (fol. 1—44, 188 : 137 mm.) duplici columnâ variis manibus scriptus est saeculo XIV.; secundus (fol. 45—52, 172 : 130 mm.) lineis plenis saeculo XIII.; tertius (fol. 53—87, 160 : 114 mm.) eodem saeculo XIII. columnis ternis exaratus. Singuli codices rubricati sunt, paucis foliis exceptis.

1º *Variae sententiae ex SS. Patrum operibus collectae. Fol. 1. et 2.*

Nota: Melius est homini deus iratus quam homo propitius . . .

2º *Bernardus S. Claraevallensis. Homiliae super verba evangelii: Missus est. Fol. 3—20'.*

Prologus Bern. super Missus est. *(rubr.)* Scribere me aliquid et devotio iubet *etc.* Quid sibi voluit evangelista — sed specialiter fiat mihi secundum verbum tuum. Amen. Explicit. *P. L. 183, 55—86.*

3º Sermo sancti Augustini de incarnatione domini. *Fol. 20'—21'.*

Legimus sanctum Moysen populo dei praecepta dantem, ubi dixit — per sanguinem crucis suae pacificavit omnia quae in coelis et quae in terris. Amen. *P. L. 39, 2196—2198.*

4º Tractatus de passione domini. *Fol. 22—36'.*

Stabat iuxta crucem Jesu mater eius *etc.* Sicut christianae religionis praecipue defectus causatur — ut illa tandem te assumat in gloriam suam,

ubi regnat cum filio qui est super omnia deus benedictus in saecula saeculorum. Amen. *Occurrit in hoc tractatu (fol. 34.) epistola apocrypha B. V. M. ad s. Ignatium. Fabricius, Cod. apocr. 2, 843.*

5° *Sermo de passione domini. Fol. 36'—37.*

Spiritus oris nostri Christus *etc.* Christus dominus cuius doctrina, cuius gratia, cuius sanguis nobis — et afficit vehementer. Quod nobis praestare dignetur deus. Amen.

6° Sermo de beato Bernardo abbate. *Fol. 37'—38'.*

Beatus Bernardus quasi vas auri solidum *etc.* Hodie, fratres dilectissimi, festivitatem beati patris nostri Bernardi cum omni iocunditate — normam vitae et disciplinae acceperunt.

7° Super evangelium: Nisi habundaverit iustitia vestra. *Fol. 38'. et 39.*

Sciendum quod sicut tres sunt gradus in culpa, ita tres — et in concilio lenius, quam reum esse iehennae ignis.

8° In conversione sancti Pauli super hoc evangelio: Homo quidam erat dives et habebat villicum. *Fol. 39. et 39'.*

Theophylus, Anthyocenae ecclesiae septimus post Petrum apostolum episcopus, qui quatuor evangelistarum — Christum qui dei patris verum lumen est, perdiderunt. Tu autem domine.

9° Epistola de conceptione Mariae *s. Bernardo auctore. Fol. 39'—40'.*

Reverendissimo conventui Lugdunensium canonicorum frater Ber*(nardus)* Claraevallensis abbas salutèm in Christo. Inter ecclesias Galliae — paratus iudicio emendare. *P. L. 182, 332—336.*

10° De epiphania domini. *Sermo. Fol. 40'—41'.*

(O)mnes de Saba *etc.* Saba est fluvius in Arabia; unde et regio dicitur Sabeia — de hac mirra dicitur Judith X°: Unxit se mirra probatissima.

11°. Anshelmi episcopi super sequens evangelium: Intravit Jhesus in quoddam castellum. *Fol. 42—43'.*

Quid ad gloriosam dei genitricem lectio ista pertineat — meritis et precibus eius per Jhesum Christum filium eius qui vivit . . . Amen. *P. L. 158, 644—649.*

12°. *Gregorius S. Magnus. Fragmentum homiliae XXX. in evangelia. Fol. 43'—44'.*

(Q)uaerendum nobis est, cur sanctus spiritus patri et filio coaeternus in igne apparuit — tanto erga se debet fieri nostra infirmitas accensa. *P. L. 76, 1222 D—1224 D.*

13°. *Bernardus S. Claraevallensis. Epilogus in homilias super evang. Missus est. Fol. 44'.*

(L)Ectionem evangelicam exposui, sicut potui — cui hoc meum quodcunque opusculum devotissime destinavi. Haec conclusio est beati Bernhardi in fine omeliarum super evangelium: Missus est. *P. L. 183, 86—88.*

14°. *Alexander Grammaticus seu Gallus, vulgo de Villa dei. Summarium biblicum i. e. argumenta omnium capitum sacrae scripturae versibus composita. Fol. 45—52'.*

Sex. prohibent. peccant. Abel. Enoch. et archa fit. intrant —
Flebunt. ad cenam. surgunt. sponsam. venio iam.

Cfr. Chevalier, col. 76. Fabricius, Bibl. lat. med. 1, 179. Hist. littér. XXII, 69 sqq.

In margine inferiori fol. 45. et sqq. versus memoriales indicantes numerum et ordinem librorum bibliae.

Gen. Ex. Le. Nu. Deu. Moysi lege quinque libellos . . .

Eodem folio 45. in margine laterali: Versus.

Quod Moyses celat, Pauli scriptura revelat
Semina missa Syna per eum sunt facta farina
Istoriae. mores. prophetae. Christus et actus.

Fol. 52'. Alii versus memoriales libros s. scripturae enumerantes:

Isti sunt libri quos biblia continet in se —
Cor. Thess. et Thymothe tantummodo sunt ibi binae.

Sequuntur aliquot versus argumenti medicinalis; et notantur signa mortis.

15.° *Lexicon biblicum nomina hebraica latine exponens. Fol. 53—87.*

Incipiunt interpretanda A. As*(a)* apprehendens vel apprehensio — Zuzim consiliantes eos vel consiliatores eorum.

16.° De sancto Andrea. *Sermo. Fol. 87. et 87'.*

Christo confixus sum *etc.* Licet verbum istud fuerit apostoli Pauli — exardeat in virtutibus. Amen.

CODEX 120. olim signatus 6/9.

Foliorum 181, 185 : 132 mm., binis columnis (fol. 1. et 145. lineis plenis) exaratus saeculo XIII. exeunte. Codex parce rubricatus mutilus est, nonnullis foliis ab initio et post folium 43. deperditis.

Sermones et expositiones de variis s. scripturae locis.

Fol. 1. continet fragmentum argumenti ascetici.

CODEX 121. olim signatus 5/48.

Foliorum 58, 190 : 134 mm., columnis binis exaratus, rubricatus rubrisque initialibus litteris ornatus et anno ab incarnatione domini M°CCC°LXXIIII° in die sancti Anthonii abbatis horâ primarum finitus. *(fol. 58'.)*

Sermones de sacramento corporis Christi.

Modus proc*(ed)*endi in sermones de sacramento corporis Christi. *(rubr.)* De sacramento sancto corporis domini *etc.* Titulus sermonum primus. *(rubr.)* De tribus causis institutionis *etc.* Venite, comedite panem *etc.* His verbis invitat nos dominus ad salutare convivium — pietas enim ad omnia utilis est, promissionem habens vitae quae nunc est et futurae, ad quam nos perducat dominus noster. . . . Amen.

Hi sermones Alberti Magni (Operum tom. XII. 247 sqq. ed. Jammy. Lugd. 1651.) exstant etiam impressi inter opera divi Thomae (Operum tom. XX. pag. 393 sqq. Parisiis 1660.) et in codice nostro manu scripto 308. Aquinati tribuuntur. Hain, 450.

CODEX 122. olim signatus 6/8.

Foliorum 144, 187 : 146 mm., lineis plenis exaratus saeculo XIV., manu inhabili scriptus et rubricatus.

1° *Vocabularium in quo voces latinae alphabetico ordine digestae latine, non raro etiam germanice explicantur. Fol. 1—111.*

A litera in omnibus omni maior est literarum pro eo quod — Expliciunt glossae. Zisma vngelŏbe. Zelo idem est quod ferventer petere vel invidere vel imitari.

Subiunguntur (fol. 111—112'.) aliae voces partim latine, partim germanice explicatae. Filius adoptivus est quem aliquis sibi in filium adoptat — Destituit entſaſte.

2° Litera notorii *i. e. formulae litterarum. Fol. 112'—115.*

Officialis curiae Constantiensis plebanis in N. — praesentibus sto contentus, valete bene.

3° Aliud vocabolorium *(sic) latino-germanicum secundum materias ordinatum. Fol. 115—137.*

Caput hŏbt. Crinis har. Vertex ſcheitel — Salarmoniacum. Sal gemina salpeter. Capsia luterſalcz.

4° Item aliud vocabularium *latino-germanicum alphabetico ordine. Fol. 137—141'.*

Abstractum abgezogen vel abgeſcheiden vel geſriget — Noy i. e. mente.

5° Aliud vocabolarium *latino-germanicum secundum materias congestum et maxima ex parte cum priori (fol. 115.) concordans. Fol. 141'—144.*

Caput hŏbt. Crinis har. Vertex ſcheitel — Armilla armringg vel perichel.

Cfr. Bartsch, Germania VI (XVIII), 66 sqq.

CODEX 123. olim signatus 6/10.

Foliorum 340, 180 : 124 mm., partim columnis binis (fol. 1—84.), partim lineis plenis (fol. 85—340.) exaratus saeculo XIII. extremo; tituli sunt rubricati, initiales litterae rubro caeruleoque colore variae.

Sermones dominicales per totum annum compilati per fratrem Jacobum de Voragine de ordine fratrum Praedicatorum.

Praemittitur prologus in sermones infra scriptos. Humanae labilis vitae decursus salubri eruditione nos ammonet — mihi ad meritum provenire concedat. Dominica prima adventus sermo primus. *(rubr.)* Praeparare in occursum dei tui Israhel. Amos IIII°. Quando rex . . . *Hdschr. S. Gall. Cod. 1035. Chevalier, col. 1150. Fabricius, Bibl. lat. med. 4, 51 sqq.*

CODEX 124.

Foliorum 198, 185 : 132 mm., olim constabat 216 foliis, uno sc. septernione ab initio, 16 sexternionibus et uno quinternione in fine; perierunt autem septernionis folium 2; quinternionis folium ultimum; sexternionis XII. folia 2—5. et 8—11. et XIII. folia 1—5. 8. 10. 11. Codex lineis plenis exaratus, titulis rubricatis distinctus et finitus est anno 1359, quod testatur haec subscriptio fol. 197': Man ſol wiſſen das dis bůch iſt vsgeſchriben in dem iore do man zalte von gotteſ gebúrte drúzehenhundert ior vnd darnach in dem nún vñ fúnfzigoſten iore an ſant Mathiſ abent des zwelfbotten.

Fol. 198. vacat scripturâ.

Sermones idiomate germanico concepti.

Primus sermo acephalus incipit: Vnd minnent ſich ſelber, vnd das ir in allen dingen, vnd ſint hofertig vnd vngeloſſen.

CODEX 125.

Foliorum 48, 188 : 140 mm., lineis plenis exaratus, titulis rubricatis rubrisque initialibus litteris decoratus. Codex in fine mutilus scriptus est anno 1380; haec enim leguntur folio 36': Explicit tertius liber. Deo gratias. Gedenkent ouch ze Got Johanſes Frikers des alten Statſchribers von Lucern, der v́ch

dis bůch in finem koften durch gottes willen geben, vnd in úwerm namen mit fin felbs hant gefchriben hat, alf es uffer der heiligen gefchrift genomen vnd ze Tútfch gemacht ift. Anno domini 1380°.

Tractatus germanicus argumenti mystici in quatuor libros divisus.

Incipientis est. *(rubr.)* Einem anuahenden menfchen gehôret zů. Dienftberlich fich erbieten — Wiflich dz ift mit ordenung. || *Caetera desunt. Wackernagel, pag. 243 et 290.*

CODEX 126. olim signatus 6/11.

Foliorum 173, 185 : 137 mm., columnis binis exaratus saeculo XIII. extremo, rubris ac caeruleis litteris initialibus alternis vicibus nitidissime et uberrime ornatus.

Loci communes ex sacra scriptura collecti et ordine alphabetico digesti.

Abscondere. Abhominari *etc.* Absconditur malum a dyabolo — revertere ad me, dicit dominus. Deo gratias.

CODEX 127. olim signatus 6/15.

Foliorum 57, 178 : 110 mm., lineis plenis exaratus saeculo XIII., modeste rubricatus. Praeter tria folia excisa inter fol. 4. et 5. non pauca in capite codicis et ad calcem desiderantur.

Sententiae SS. Patrum, praecipue Augustini, Hieronymi, Ambrosii, Cassiodori, Bedae et aliorum respondentes ad quaestiones ex theologia dogmatica et morali, ex iure canonico etc. propositas.

Calix dicitur a calida potione, quia utuntur — antiquis concessum fuit, ut plures simul haberent uxores, nobis prohibetur. Potuit deus *Caetera desunt.*

CODEX 128. olim signatus 6/16.

Foliorum 92, 175 : 128 mm., partim columnis binis (fol. 1—48. et 90—92.), partim lineis plenis (fol. 49—89.) variis manibus exaratus anno domini M°CCC°XXIII°. *(fol. 92'.) Codex rubricatus est et titulis miniatis distinctus. Duo folia desiderantur inter fol. 80. et 81.*

1° *Sermones de beata Maria virgine. Fol. 1—48.*

De nativitate beatae virginis. *(rubr.)* Egredietur virga de radice *etc.* Virgo dei genitrix virga est, flos . . .

2° *Tractatus asceticus de contemplatione. Fol. 49—51.*

Ascendam in palmam et apprehendam fructus eius. Palma enim angusta inferius, superius lata. Sic anima debet esse stricta — non enim quaero nisi doceas, non invenio nisi ostendas. Ego sum panis qui decli.

3° Sermo beati Bernhardi abbatis de assumptione virginis gloriosae. *Fol. 52—58.*

Signum magnum apparuit *etc.* Vehementer quidem dilectissimi, vir unus et mulier una — et praeparata altissimo filio qui est super omnia benedictus in saecula. Amen. *P. L. 183, 429—438.*

4° *Bernardus S. Claraevallensis. Sermo in nativitate s. Joannis Bapt. Fol. 58—62.*

Sit procul ab his conventibus, fratres, increpatio illa — volo illud in vase potius quam in lampade possidere. *P. L. 183, 397—404.*

5° *Bernardus S. Claraevallensis. Liber de diligendo deo. Fol. 62—80.*

Viro illustri domino Americo, ecclesiae Romanae dyacono cardinali et cancellario, Bernhardus abbas dictus de Clara-Valle domino vivere et in domino mori. (O)Rationes a me, et non quaestiones poscere solebatis — nullus profecto esse poterit miserationis affectus. Explicit tractatus beati Bernardi de amando deo etc. *P. L. 182, 973—1000.*

6° *Fragmentum sermonis de spiritu sancto. Fol. 80'.*

(E)Mitte spiritum tuum *etc.* In verbis istis David in parte ecclesiae monet Christum — quidquid anima sancta amat | *Reliqua desunt duobus foliis deperditis.*

7° Tractatus beati Bernardi abbatis super canticum beatae virginis Mariae. *Fol. 81—90.*

Magnificat anima mea dominum. Si circumstantiam rei gestae perpendere volumus — sine debito promisit et sine dolo exhibuit. Sicut locutus est patribus nostris Abraham et semini eius in saecula. *Inter opera exegetica Hugonis de S. Victore. P. L. 175, 413—432.*

8° De corpore et de anima *i. e. Conflictus corporis et animae. 344 versus. Fol. 90—92'.*

V. 1. Noctis sub silentio tempore brumali —
V. 344. Bene possent divites nummos congregare.

Cod. 149. Hdschr. S. Gall. cod. 719. loco 2°.

9° *De sancta Anna 15 hexametri. Fol. 92'.*

V. 1. Nupserat Anna viris tribus, hos si nosse requiris,
V. 15. Hi Jacobum vere fratremque suum genuere.

De eadem 6 versus.

V. 1. Anna solet dici tres concepisse Marias.
V. 6. Tertia maiorem Jacobum volucremque Johannem.

Deinde sequuntur hi duo versus:

Sic potuit clausa procedere virginis aula,
Sic potuit clauso Christus prodire sepulchro.

Item nota quod in sacra scriptura V dicuntur Annae. Mater Samuelis, uxor Tobiae senioris, uxor Raguelis, mater beatae virginis et Anna prophetissa. *Cfr. cod. 102. fol. 13. et cod. 319. loco 2°.*

CODEX 129. olim signatus 6/7.

Foliorum 97, 178 : 140 mm., lineis plenis exaratus saeculo XIV. Versiculorum initia minio tincta sunt; maiores litterae rubri viridisque coloris alternatim singula psalmorum capita ornant; occurrunt etiam litterae initiales inauratae variisque coloribus depictae, temporis autem iniuriâ non parum laesae.

Psalterium pro usu chori cum canticis biblicis et Ambrosiano, symbolo s. Athanasii et litaniis OO. Sanctorum.

CODEX 130. olim signatus 6/12.

Foliorum 277, 172 : 122 mm., partim lineis plenis (fol. 1—6. 13—69. 71—263. 274'—277.), partim duplici columnâ (fol. 7—12. 70. 263'—274.) variis manibus exaratus saeculo XIV. extremo; nonnullas partes manus saeculi XV. adiecit. Codex per totum rubricatus est, in psalterio (fol. 13—69.) litterae initiales rubri et caerulei coloris variant.

Breviarium monasticum cum calendario.

CODEX 131. olim signatus 6/13.

Foliorum 137, 170 : 132 mm., lineis plenis exaratus saeculo XIII. Singula psalmorum et versiculorum initia miniata sunt, aliquot maiores litterae initiales variis coloribus depictae auroque ornatae, vetustate autem multum attritae; ad calcem unum duove folia desunt.

Psalterium pro usu chori cum calendario, canticis biblicis, litaniis OO. Sanctorum et symbolo Athanasiano.

CODEX 132. olim signatus 6/14.

Foliorum 174, 175 : 126 mm., lineis plenis (fol. 166—170. duplici columnâ) exaratus saeculo XIV. Litterae initiales psalmorum alternantes rubro et caeruleo colore, versiculorum minio signatae sunt.

Psalterium breviarii monastici per hebdomadam dispositum cum calendario et litaniis OO. Sanctorum.

Manus saeculi XVI. adiecit officium defunctorum (fol. 166—170.); quatuor ultima folia restant ex quodam breviario saeculi XV.

CODEX 133. olim signatus 6/17.

Foliorum 186, 172 : 108 mm., lineis plenis exaratus saeculo XIII. rubricis et litteris initialibus miniatis insignis.

Breviarium monasticum sine psalterio.

NUM. 134.

Folia 12, 165 : 130 mm., ex quodam codice saec. XIV. columnis binis exarato et titulis miniatis distincto.

Fragmenta sermonum de tempore.

CODEX 135. olim signatus 6/18.

Foliorum 43, 165 : 118 mm., lineis plenis exaratus saeculo XII., praeter titulum rubricatum et unicam maiorem delineatam minioque ornatam litteram (fol. 7.) omni ornatu caret. Codex ab initio mutilus, tres enim priores quaterniones perierunt et tria folia quarti quaternionis ita per vim et nefas evulsa sunt, ut vestigia nefariae manus adhuc conspiciantur.

1º *Ephraem S. Syrus. Sermo acephalus de iudicio (et resurrectione, charitate) et compunctione. Fol. 1—7.*

. . . milem voluntatem vestram solummodo quaesivi. Dicite mihi peccatores et mortales atque passibiles secundum naturam, quid passi estis — ut omnis anima quae haec meditatur, trahatur ad aeterna. Benedicat vos omnipotens deus . . . ille vos benedicat de coelis, qui per crucem passionis suae vos redemit in terris. Amen. *Cfr. Opera s. Ephraem. Ed. Venet. 1755. I, 164—166. Ed. Assemann. Romae 1732. Graece et lat. II, 51—56.*

2º Monita beati Effrem. *Fol. 7—43.*

Dolor me compellit dicere et iniquitas mea comminatur mihi, ut sileam — Gloria patri qui fecit nos, et gloria filio qui salvavit nos, et gloria spiritui sancto qui renovavit nos per infinita saecula saeculorum. Amen. Explicit liber Effrem diaconi. *Cfr. Opera s. Ephraem. Ed. Venet. 1755. I, 17—31. Ed. Assem. Graece et lat. I, 40—70.*

CODEX 136. olim signatus 6/20.

Foliorum 55, 162 : 118 mm., partim lineis plenis (fol. 1—24. et 55.), partim columnis binis (fol. 25—54.) variis manibus exaratus saeculo XIV., modice rubricatus.

1º *Duo tractatus germanici ascetici argumenti. Fol. 1—23.*

Des almehtigen gottes frid si getrv́lich mit allen dien, die dis gegenwertig bůchlin mit andaht lesent . . . Wan der mensch in dis ellend — mit siner hohen gotheit, als er sich cleit in Mariv̄. *Fol. 1—8'. Cfr. Bartsch, Germania VI (XVIII), 68 sqq.*

Almechtiger iewesender vñ ewiger got. ich armer krancher vnwirdiger mensche — des helf vns der vater vñ der sun vñ der heilig gest. Amen. amen. amen. *Fol. 9—23'. Bartsch, l. c. pag. 70. Wackernagel, pag. 228 sqq. et 288 sqq.*

2º *Tria fragmenta sermonum germanice conceptorum. Fol. 24.*

a. Plorans ploravit in. Dv́ wenond hat gewenot in der nacht vñ ir trechen stant an ir wangen. Dv́ wenond dc wc maria magdalena . . .

b. Simon Johannis di. me. Alſvs ſprach vnſer herre ze s. peter. Simon dc ſprichet gehorſamer. Johannes in dem dv̊ genad iſt . . .

c. Von megtlicher wirdekeit ſpricht s. Aug. dc ſi iſt ein gezierde himelriches vñ ertriches . . . *Wackernagel, pag. 289.*

3º *Tractatus ad instructionem confessariorum. Fol. 25—49'.*

Simpliciores et minus expertos confessores de modo audiendi confessiones informare cupiens — testamentum celeriter expediant, frequentibus admonitionibus impulsatis.

4º Summa poenitentiae *versibus concinnata, Joanne de Garlandia auctore, cum commentario. Fol. 49'—54.*

Poeniteas cito peccator, cum sit miserator —
Et curae gravitas et consuetudo ruina.

Hain, 13156. Chevalier, col. 807. Hauréau, Notice sur les œuvres authentiques ou supposées de Jean de Garlande in Notices et extraits des manuscrits publ. par l'Institut nat. de France. Tom. 27. Partie 2, 1—86. (Paris 1879, in 4º.)

5º *Versus 42 leonini de septem vitiis capitalibus eorumque filiis. Fol. 54'.*

V. 1. Nil bene discernit quem praecipitatio sternit
V. 42. Nec male concepta mutabo, nec male coepta.

6º *Casus reservati. Fol. 55.*

Isti casus spectant ad episcopum. Votorum commutatio — quae consuetudo generalis ac specialis episcopis reservat.

NUM. 137.

Folia 29 diversae formae, partim mutila saec. XIII. et XIV. exarata.

Fragmenta ex diversis psalteriis.

CODEX 138. olim signatus 6/19.

Foliorum 110, 168 : 118 mm., lineis plenis exaratus saeculo XII. Codicem ornant tituli rubricati et eiusdem coloris litterae initiales, inter quas duae sunt maiores optime delineatae.

1º Liber *(I. et II.)* retractationum sancti Augustini episcopi. *Fol. 1—73.*

Jam diu est ut facere cogito atque dispono, quod nunc adiuvante domino — alios a me dictatos retractare coepissem. *P. L. 32, 583—656.*

2º Liber sancti Augustini de poenitentia. *Fol. 73—110'.*

Hic tractatus ex scriptis praecipue s. Hipponensis episcopi et aliorum patrum necnon ex decretis summorum pontificum concinnatus incipit: Quam sit utilis et necessaria poenitentiae medicina, facillime homines intelligunt, si homines se esse meminerint . . . *Ultimum caput:* Quomodo sit relaxandum poenitenti. *(rubr.)* Greg. pp. in decretis suis. Nullus presbyter aut laicus poenitentem invitet vinum bibere — quos vivos ad infernum descendere legitis.

CODEX 139. olim signatus 6/24.

Foliorum 72, 166 : 120 mm., lineis plenis exaratus saeculo XII. sub b. Frowino abbate, quod docent versus sequentes fol. 1:

Cernere te domine da Frowino sine fine,
Cui mens patrandi fuit hunc librum meditandi.

Praeter titulos rubricatos et litteras initiales rubei coloris in capite singulorum librorum codex omni ornatu caret.

Domini Bernardi Claraevallensis abbatis de consideratione.

Subit animum dictare aliquid quod te, papa beatissime Eugeni — is sit finis libri, sed non finis quaerendi. *P. L. 182, 727—808.*

CODEX 140. olim signatus 6/21.

Foliorum 135, 164 : 98 mm., lineis plenis exaratus saeculo XII. Tituli minio sunt scripti sicut et litterae initiales quarum multae variis coloribus, caeruleo maxime et flavo repletae vel circumductae aliove modo ornatae exstant; folio 13'. conspicitur depicta imago beatae Mariae virginis. Desunt 24 saltem folia; ab initio enim primus quaternio et secundus integri, ac tertii quaternionis folium primum et ultimum desiderantur; item inter folia 64. et 65., inter 89. et 90. bina, inter 90. et 91., 104. et 105. singula folia perierunt. Folia 79. et 80. mutila sunt, fol. 129—135. chartacea.

Liber precum in usum monialium conscriptus.

Fol. 1—13. Orationes latinae inter quas duae germanicae. Fol. 6': Vnder ftillen meffe fprich diz gebet. *(rubr.)* Nu ften ich hie herro gagenvvirtich, da man daz opfer fegenot . . . *Fol. 7':* De sancta maria oratio. *(rubr.)* Evvigu maget frovve fente maria, du da bift ein kungin def himelef under erde . . . *Edidit Graff, Diutiska. Stuttgart 1826—1829. 2, 288—291. Wackernagel, pag. 213 sqq. et 284. Bartsch, Germania VI (XVIII), pag. 71.*

Fol. 14. Cursus sanctae Mariae virginis *(rubr.); fol. 43':* Vigiliae pro defunctis *(rubr.); fol. 69:* Hymnarius s. Ambrosii *(rubr.); fol. 88:* Letania *(rubr.) OO. Sanctorum; fol. 90:* Collectae dominicales *(rubr.); fol. 120:* Letania pro eo qui iam morti appropinquat. *(rubr.)*

Fol. 129—135. chartacea exhibent preces germanicas saeculo XVI. scriptas. Difs fint die fiben flüffe vnferf herren, alf fi geordnet fint in daf pater noster. Vatter vnfer . . .

‚Hymnarius s. Ambrosii' (fol. 69—87'.) continet hymnos sequentes:

Fol. 69. Aeterne rerum conditor . . . *Daniel, Thesaur. 1, 15. num. XI.*
Fol. 69'. O lux beata trinitas . . . *L. c. 1, 36. num. XXVI.*
Deus creator omnium . . . *L. c. 1, 17. num. XII.*
Fol. 70. Te lucis ante terminum . . . *L. c. 1, 52. num. XLIII.*
Ales diei nuntius . . . *L. c. 1, 119. num. CIII.*
Jam lucis orto sidere . . . *L. c. 1, 56. num. XLVIII.*
Fol. 70'. Nunc sancte nobis spiritus . . . *L. c. 1, 50. num. XL.*
Rector potens verax deus . . . *L. c. 1, 51. num. XLI.*
Rerum deus tenax vigor . . . *L. c. 1, 52. num. XLII.*
Fol. 71. Lucis creator optime . . . *L. c. 1, 57. num. XLIX.*
Ecce iam noctis tenuatur umbra . . . *L. c. 1, 177. num. CXLVII.*
Somno refectis artubus . . . *L. c. 1, 26. num. XVIII.*

Fol. 71'. Splendor paternae gloriae . . . *L. c. 1, 24. num. XVII.*
Fol. 72. Immense coeli conditor . . . *L. c. 1, 58. num. L.*
Consors paterni luminis . . . *L. c. 1, 27. num. XIX.*
Fol. 72'. Te lucis *(lege: Telluris)* ingens conditor . . . *L. c. 1, 59. num. LI.*
Rerum creator optime . . . *L. c. 1, 53. num. XLIV.*
Coeli deus sanctissime . . . *L. c. 1, 60. num. LII.*
Fol. 73. Nox atra rerum contegit . . . *L. c. 1, 54. num. XLV.*
Magnae deus potentiae . . *L. c. 1, 61. num. LIII.*
Fol. 73'. Tu trinitatis unitas . . . *L. c. 1, 35. num. XXV.*
Plasmator hominis deus . . . *L. c. 1, 61. num. LIV.*
Fol. 74. Aurora iam spargit polum . . . *L. c. 1, 56. num. XLVII.*
Conditor alme siderum . . . *L. c. 1, 74. num. LXXII.*
Fol. 74'. Veni redemptor gentium . . . *L. c. 1, 12. num. X.*
Fol. 75. Verbum supernum prodiens . . . *L. c. 1, 77. num. LXXIV.*
A solis ortus cardine, ad . . . *L. c. 1, 143. num. CXIX.*
Fol. 75'. Corde natus ex parentis . . . *L. c. 1, 122. num. CVI.*
Fol. 76. Agnoscat omne saeculum . . . *L. c. 1, 159. num. CXXXVIII.*
Maria ventre concipit . . . *Ibidem v. 9.*
Praesepe poni pertulit . . . *Ibidem v. 17.*
